Aliqs ꝯ ſeqt̄ur domio pape ꝙ poſt ap. ltiam fuit excōicatꝰ ab epo ſuo vel al's iniuſte excōicauit eūdē. vnde ma dat iudicibꝰ quatenꝰ ſi ē ita abſoluatis eūdē iuxta foꝛmā ecclie vel ſnīam denūcietis nul lā. Eps̄ patus ē pbare ſe illū excōicaſſe ante appellatiōem emiſſā vel ſnīaꝫ iuſtā eſſe. qr̄it vtrū liceat iudicibus illū abſoluere vel denū

ciare ſniam nullā eſſe nō admiſſis ꝓbatiōb⁹
epiſcopi reſpōdꝫ papa ꝙ cū aliqs ꝯquerit ſe
poſt ap. ltiam excōicatū p ꝓbatōes appebit
vtrū abſolui debeat vel denūciari poti⁹ nō
ligatus: Sed cū quis dicit ſe iniuſte excōica
tū fuiſſe antequā fuerit abſolutus vix eſt ei⁹
probatio admittēda: niſi tātū qñ dicit itolle
rabilē errorē in ſnia fuiſſe expreſſū ⁊ ad hoc
ꝓbādū dꝫ admitti anteq̄ abſoluat: ſꝫ ſi ſim
pliciter dicat ſe excōicatū iniuſte ⁊ eps dicit
ꝙ iuſte excōicauit eūdē ⁊ ſup hoc poſtulat p
batiōes admitti: nō eſt eps audiēdus anteq̄
fuerit abſolutus: qꝛ ⁊ ſi cōſtaret ipſum. l. iniu
ſte excōicatū fuiſſe nihilominus debet abſol
ui vnde in hoc caſu ſtati in ꝯtra formā eccle
dꝫ abſolui ⁊ poſtea ꝓbatiōes vtriuſqꝫ partiſ
ſunt admittende vt ſic appeat vtrū iuſte vel
iniuſte fuerit excōicatus. Nota ꝙ in duobuſ
caſibus non tenet excōicatio vt ſi poſt appel
latiōem ltiam ſnia excōicatiōis lata ſit vel ſi
intolllerabilis error in ſnia ſit exꝑſſus in qui
bus caſibus ante abſolutionē dꝫ admitti ad
ꝓbandū: In alijs dꝫ ſtati abſolui. itē nō dꝫ
admitti quis ad ꝓbandū quo ꝓbato nō pro
deſt. b. Honorius terti⁹.

V Enerabili federic⁹ quōdam
iperator ſpoliauerat cephaludēſeꝫ epm eccle
ſia ⁊ alijs bonis ſuis. papa rogauit eū vt di
ctū epm reſtitueret qꝺ idē ꝓmiſit ſe facturū:
ſed nō adipleuit ꝓmiſſū: vnde papa mādat
archiepo cuſentino quaten⁹ dictū epm face
rēt reſtitui ad epatū ⁊ alia qbus fuerat ſpo
liatus: quo reſtituto plenarie ⁊ corpaleꝫ poſ
ſeſſiōem ⁊ pacificā adepto: ſi epus ipſe de la
pidatiōe ſuſpectus eſſet virū ꝓuidū coadiu
torē ꝓuideret eidē ſine cuius cōſilio nihil di
ſponeret de hiſ que ptinēt ad epalē admiſtra
tiōem quouſqꝫ papa de ipſo aliter ducerꝫ p
uidēdū veritate cōperta ⁊ iteri vtriqꝫ illorū
interdiceret oē genus alienatiōis. Sed archi
eps corpe ifirmitate grauatus cōmiſit vices
ſuas abbati ſci ſpūs de panormo q cū debe
ret epo facere reſtitui cepit inquirere vtrum
eps eſſet de dilapidatiōe ſuſpectus ꝯtra for
mā mādati eo nō reſtituto poſtmodū archi
eps cū iam eſſet officio ſuo functus cōmitten
do in integrū vices ſuas. Idē negociū cōmi
ſit theſaurario cū ſcrutinio tandē ꝓceſſus il
lorū iudicis domino pape fuit exhibit⁹ quoſ
dñs papa iuſticia exigente caſſauit. i. caſſos
⁊ irritos nūciauit: qꝛ abbas cōtra formā mā
dati ꝓceſſit ad inquirēdū de dilapidatione
non reſtituto epo: ⁊ qꝛ archieps theſaurario
negotiū non potuit delegare ⁊ ideo qcqd fe
cit nullius momēti fuit. ¶ Nota ꝙ ſpoliat⁹
reſtituendus eſt anteq̄ aliqd ſibi obijciatur.
Itē forma mādati ſeruāda eſt alioqui nihil
agitur. itē ſuſpectus de dilapidatiōe nō ſtati
remouetur ſꝫ datur ei coadiutor ⁊ oīs aliēa
tio illi ꝓhibetur interi. Itē cōmittēs vices ſu
as poſtea rēuocare nō pōt nec pōt alij cōmit
tere qui ꝯtra facit nihil agit. Grego. ix.

S Ignificātibus
I. Iuliana vidua īpetrauit lrās con
tra. m. mulierē ⁊. I. filiū eius ſub hac forma
Significauit nobis iuliana vidua ⁊ paup:
ꝙ. m. mulier ⁊. i. filius eius ſup terris ⁊ alijs
rebus iniuriantur eidē. Iudices citauerunt
dictā. m. ⁊ filiū eius ipſi conſtituti in pñtia iu
dicū excipiēdo propoſuerunt ꝙ littere ille ī
petrate fuerunt ſuggeſto mendatio qꝛ dicta
iuliana nobilis eſt ⁊ diues ⁊ ipſa mentita ē
ſe pauperem quare per eaſdem litteras non
poterant conueniri niſi requiſito priuſ domi
no ſub cuius iuriſdictione conſiſtunt coram
quo parati erant de iuſticia reſpondere: vn
de iudicēs interloquendo pronūciauerunt ſe
non debere procedere per eaſdem litteras.
poſtea partes compromiſerunt in quoſdam
arbitros ſub hac forma quatenus ſi ifra cer
tum terminum in compromiſſo appoſitum
cauſam non determinarent partes ad exa
men eorum iudicum redirent arbitri infra
tempus ſtatutum cauſam nō determiauerūt
vnde iudices ꝑ formā cōpromiſſi iuriſdcōeꝫ
reaſſūpſerūt ⁊ cū vellet in cā ꝓcedere dicta
m. ⁊ filius eius ſe ꝑgrauari ſentiētes ad ſed.
ap. appellarūt. vñ mandat papa quatenus

ſi ē ita reuocet in irritū quicquid p p̄dictos iudices poſtea factū fuit. ¶ Nota ꝙ cū pro nūciat iudex ſe nō hr̄e iuriſdictionē etiā ſi in iuſte ꝓnūciat nō poterit amplius ꝓcedere: vnde in cā illa vlterius nō ꝓcedet ex primo reſcripto. Itē ꝯpromiſſum infra certū tp̄us pōt fieri. Itē qcqd fit poſt ltiam app.nō tꝫ.

Idem.

Suſpitionis Reus corā iudice ꝯſtitut⁹ aſſignauit iuſtā cām ſuſpitionis ꝯtra iudicē dicens ꝙ patus erat arbitros eligere ſup hac ſuſpitōe cognoſcenda electi ſunt arbitri a partibus. Queritur vtꝝ iudex debeat ipis arbitris terminū aſſignare infra quē ſuſpitionis cām debeant terminare. Rn̄det papa ꝙ iudex q ꝓpter hoc forſitan ꝓuocatus obeſſꝫ non debet ad hoc terminū aſſignare ſꝫ arbitri poti⁹ corā qbus ꝓbatio facienda ē oīa facere debent que ad hūc articulū ptinere noſcūt: iſtud hodie correctū ē: qꝛ iudex hoc facere dꝫ p dec. Inno.iiij.que incipit ltia ſuſpēſiōis cā. Ab ipo dr̄ in §.iſto: ꝙ ſi arbitri diſcordeſ fuerit iudex cōpellere debet illos vt in vnā ſniam ꝯueniāt: vel tertiū adducēt cū quo ipi duo vel alter eoꝝ in vnā ſniam ꝯueniant ne h⁹ mōi occaſiōe pncipale negociū ꝓrogetur: ⁊ hoc quidē facere debet iudex: quia ſicut iuriſditio eis omiſſa ē: ſic ⁊ oīa alia ſine qbus iuriſditio explicari non poteſt. ¶ Nota illa oīa ptinere ad iuriſditōem iudicis.ſine qb⁹ principalis qō nō pōt exerceri: ⁊ ſic ſunt acceſſoria ad cām principalē. Item nota ꝙ ſuſpenſa iuriſditōe iudicis: nihilominus exercet ſuā iuriſditōeꝫ: quod ē mirabile ſed hoc iō ē ut p hoc ſuo iuriſditio declaret: ſed i oībus alijs nihil facere pōt ꝙ̄ diu ꝓnūciatum ſit ſup cā ſuſpitōis.B.

Idem.

Pet g per littera ras Per g.mercatores lr̄as apoſtolicas impetrarūt ad abbatē ſcē genoueſe cōtra epm londoñ.mercatores illi corā abbate ꝯquerebantur de epō londoñ: ꝙ quandā ſummam pecunie quā ipi epō mutuauerūt ⁊ pmiſat illis reſtituere certo loco ⁊ termino: ſed ipſe dictam pecuniā nō pſoluit pendēte iudicio corā abbate. I.laicus qui nō erat de iuriſditōe abbatis in quadā ſumma pecunie dictis mercatoribus tenebat.in ſe voluit prorogare iuriſditionē delegati ipſius abbatis: ut ſi infra certū terminū ſummā p̄dictā non ſoluerꝫ mercatoribus dictus abbas ipm excōmunicarꝫ: ⁊ terrā ſuā ſupponerꝫ interdicto qd ⁊ factū ē: quia in termio pecuniā nō pſoluit: reuocatū fuit in dubiū: an tales ſnie tenerent: qꝛ ⁊ ſi alias abbas iuriſditioni pēeſſe dicatur iuriſditōis ꝓrogatio nulla fuit cū i dictū. I.nullā abbas iuriſditionē hēbat ⁊ iuriſditio delegata ad alias pſonas que in reſcripto non ꝯtinentur ꝓrogari non poteſt. ¶ Nota abbates iuriſditōi preeſſe. Item iuriſditio delegata ad pſonas de quib⁹ i reſcripto nō fit mētio ꝓrogari nō pōt. itē ſnia illi⁹ q iuriſditōem nō hꝫ nulla ē.

Idem.

Cum uigeſimū Quidā.xx.annū habēs queſiuit a papa: ex quo.xx.ānū pegit vtꝝ potuit dare iudex delegatus papa rn̄det ꝙ bene potuit dari delegatus in tali etate: ſed ſi eſſꝫ ifra xx.annum non tenet talis delegatio ab alio quē a principe facta niſi p artes ſcienter conſentiant in illum qui annū.xxviii.tranſcēdiſſet. ¶ Nota ꝙ annus.xx.debet eſſe ꝯpletuſ in eo qui datur iudex ab alio ꝙ̄ a principe

Idem.

Uno delegaturū Si plene iudices dati ſint ſimplr ſine clauſula illa ꝙ ſi nō oēs ⁊c vno mortuo vel recuſato aliorum officium expirauit: ⁊ idē ē in arbitris.

Idem.

Quoniā Tres iudiceſ dati ſūt ſup aliq cā terti⁹ datus fuit ex officio pape vel aſſenſu ptiuꝫ queritur an ille poſſit alij cōmittere vices ſu

as ⁊ reſpondetur q̄ ſic cū hoc ſit ſibi iure cō
ceſſum §. Idez quoqz. ¶ Idē dr̄ in hoc. §.
cū mandatur epo ſub hac forma . tu frater
epe cū altero tuoꝝ ꝯiudicū mādatū aplicū
exequaris: eps bene pōt ꝯmittere alij vices
ſuas ſine quo alij ꝑcedere nō pn̄t. §. Is aūt.
Mandat papa alicui ſub hac forma: man
damus tibi ut tale negociū pſonaliter exeq̄
ris. Queritur vtꝝ iudex poteſt alij remitter
vices ſuas. ⁊ rn̄r q̄ bene pōt dūmō ptes cō
ſentiant niſi in tribus caſibus in quibus re
mittere non poteſt ēt nolētibuſ partibus. pri
mus ē cū mandat papa fieri inquiſitōem vl'
mādat ꝓuideri eccleſijs de prelatis vel alijſ
miniſtris: quia in hijs caſibus. papa eligit fi
dem ⁊ induſtriam eoꝝ quibus negocia com
mittit. §. Ceteꝝ. Ecce cōmiſſum ē alicui p̄di
care crucē excōicare uel abſoluere aliquos
diſpenſare cum irregularibus vel iniungere
pnias queritur an liceat ei cōmittere alij hoc
officiū reſpōdetur q̄ nulli lʒ hoc cōmitter q̄r
iuriſditio nō ē ei cōmiſſa: ſed potius certum
miniſteriū in quolibʒ. §. ē notabile ꝓprium

Alex. quartus

De officio legati. Rubrica

Cam non Ar
chieps
cantuarienſis ē legatus i ꝓ
uincia ſua: quidā tamen ſuf
fraganei ſui dicebāt q̄ cau
ſas ſubditoꝝ ſuoꝝ audire non poterat nec
debebat niſi cū p appellatōem deferunt ad
eū ⁊ ſic nō pmittebat clericos ire ad archie
piſcopū p ſimplicē querimoniū archieps ſig
nificauit hoc domio pape. ſup hoc reſcribit
papa ſuffraganeis cātuarieñ. dicēs q̄ ipi ig
norare non debēt archiepm ſuum ſibi p̄eſſe
iure metropolitico ⁊ iure legationis: ⁊ lʒ ar
chieps iure metropolitico nō debeat audire
cās de epatibus ipoꝝ niſi p appellatōez de
ferantur ad ipm: tn̄ iure legatōis vniuerſas
cās q̄ p appellationē vel querimoniā ad ſu
az audiētiā pferūtur audire poteſt ⁊ dʒ ſicut
q vices pape gerit in ꝓuincia ſua. Nota
q̄ archieps nō pōt audire cās de epatibus

ſuffraganeoꝝ ſuoꝝ niſi p ap. Celeſtinus
tertius.

Studuiſti Legatus
dn̄i pape ge
neralis eſt in aliqua ꝓuicia. Dn̄s
papa cōmittit ſpāliter aliquā cām alicui de
legato. Queritur vtꝝ legatus iſte poſſit im
pedire ꝓceſſum huius delegati: vel cognoſ
cere de cā illa ante cognitōem ipſius legati:
vel poſtea rn̄dʒ papa q̄ cū mandatū ſpāle
derogʒ generali legatus cōmiſſiōem alij fac
tā ſpāliter impedire nō pōt: ⁊ ſi delegat⁹ ſʒ
formā mādati ſuiam tulit legatus nō pōt tā
aliquatenus irritare: tamē ſi rationabiliter
lata fuerit eā poterit cōfirmare ⁊ executioni
mandare. ¶ Nota q̄ legatus generalis po
teſtatem nō hʒ de cā alij ſpāliter delegata q̄
ſpāle mandatū derogat generali. Inno.
tertius.

Niſi ſpecialis Qui
dā car
dinalis aplice ſedis legatus aucto
ritate ꝓpriā trāſtulit troianū epm ad panor
mitanā eccāz ꝯtra canonica inſtituta . dn̄s
papa hec intelligēs ſcribit eidē dicēs: q̄ niſi
eſſʒ ſpālis dilectio q̄ hʒ ad pſonam illi⁹ pe
na docēte cognoſcerʒ q̄tū ipe deliquit ꝯtra
ꝯſtōes canonicas ⁊ ꝯſuetudinē gnālē in tran
ſlatōe troiani epi. ¶ Nota q̄ iudex pp ami
ciciā pōt alicui remittere penā. Itē legatus
nō pōt traſferre epm ad aliū epatū. Idē.

Quod tran ſlatis
Cardialis
de quo dr̄ in. c. p̄cedēti legat⁹ i reg
no ſicilie auctoritate ꝓpria ſubiecit panormi
tanā eccāz meſſanēſi ꝯceſſo ſibi ꝓuilegio pri
matie credēs hoc ſibi licere ex officio legati
onis: ex eo qd̄ ex eodē offō pōt abſoluere il
los q violētes ma⁹ mittāt i clīcos q̄ ſpāli ꝯ
ceſſiōe ſepe indulgebat legatis papa hoc au
diens ſcribit eidē legato dicens q̄ lʒ genera
lis legatio in regno Sicilie ſit ei commiſſa:
tamen ad eas non debuit manus extendere
que in ſignum ſingularis priuilegij ſoli ſunt
romāa pōtifici reſeruata lʒ. n. ex offō legati
onis legate poſſint abſoluer illos q violētaſ

manus mittūt in clericos nō debꝫ ꝓpterea extimare quod poſſit poſt normitanā eccleſiam ſubiicere melſanenſi: vel quod ex eadeꝫ poſſit duos epatus vnire vl' vnū diuidere ſine lnia ſpāli. ℭ Nota ꝙ nullus legatꝰ ex generali legatōe poteſt ad illa manus tendere que ſoli ſunt romano pontifici reſeruata excepta illoꝝ abſolutōe qui manus violentas in clericos eiecerunt. Idem

Licet tranenſes

Uacāte tranēſi ecclīa canōici vnanimiter elegerunt in archiepm. S. fratrem caſſinenſis abbatis. Eps portuneñ in ptibꝰ illis legatus examinari fecit electionē ipſius ⁊ examinatōem illā p nuncios ſuos ad ſedē apoſtolicam trāſmiſit: quo facto legatus electionē eandē iteꝝ examiari pcepit ꝓpter qđ abbas predictꝰ ↄqueſtus fuit domio pape quod poſtq̄ electionē examinarꝫ ⁊ eū ad dominū papā direxerat malicioſe nimis electōnem examinare preſumpſerit dominus papa de cōcilio fratꝝ examinatōem ſecūdam tanq̄ a non ſuo iudice factam poſtq̄ negocium ad papam direxerat: denunciauit irritā ⁊ inanē. ℭ. Nota ꝙ iudex amittit iuriſditōeꝫ poſtquam remiſit negociū ad ſuū ſuperiorē ⁊ ſi quid poſtea fecerit nihil valꝫ. Idem

Dilectus filius

Eps pneſtinus apoſtolice ſedis legatus cōceſſit eccleſiam ſancti trudonis. R. canonico metheñ. archid. metheñ moleſtabat ipm ſup dicta eccleſia nec pmittebat ipſum pacifica poſſeſſiōe gaudere dicēs ꝙ eo incōſulto ad quem preſentatio illiꝰ eccleſie ptinebat legatus eccleſiam illam ei conferre nō potuit dictus. r. hoc ſignificauit domio pape ſuper hoc reſcribit papa quibuſdam dicens ꝙ plus iure habet in cōceſſione platus q̄ in preſentatōe patronus: nec piudicatᷣ patrono ſi quando p legatum apoſtolice ſedis eo incōſulto eccleſia cōcedatur: vñ mandat papa quatenus dictū archid. compellāt deſiderᷣ ab inquietatōe dicti. r. ſup ipa eccleſia. ℭ Nota ꝙ legatus poteſt eccleſiam conferre incōſulto patrono. Idem.

Nouit ille

Dominus papa mandauit cuidam legato in frācia legationis officium exercenti quatenus in terram francie ꝓmulgaret ſniam interdicti ꝙ legatꝰ non diſtulꝫ adimplere ſuper hoc ſcripſit rex francie domino pape dicens ꝙ legatus cum eſſet certa rōe ſuſpectus eidem extra fines regni francoꝝ exiſtens in terram regis interdictum ꝓtulit. vnde dicebat ſniam nō valere. papa ſuper hoc ſcribit idem dicens: ꝙ ſi legatus fines regni francoꝝ exierat quando ſniam ꝓmulgauit: non tamen terminos ſue legationis egreſſus fuerat: quia nō ſolum regno francoꝝ ſed etiā in māu lugdoñ. ⁊ biſuntina ꝓuintiis legatōis officium exercebat ℭ. Nota ꝙ legatus exiſtens extra terminos ſue legatōis officium legationis exercere nō poteſt. Idē intelligēde aliis iudicibus

Gregorius nonus

Volentes

Dñs papa officium legationis cōmiſit patriarche ieroſolomitano in ꝓuincia ſua: ita tamen ꝙ ſi legatꝰ de latere domini pape ad partes illas acceſſerit officiū legatōis q̄ diu ibi fuerit legatus pape oio dimittit. Idem.

Excommunicatis

Jn.c. iſto fit mētio de dupli ci genere legatoꝝ. primo dicit: ꝙ legati illi qbus rōne perſone ad tempus legationis officiū iniungitur extra ꝓuinciam ſibi ↄmiſſaꝫ vel ēt exiſtentes in ꝓuincia ſua non pñt abſoluere excōmunicatos ꝓpter iniectiōeꝫ manuum violētū ſi iſti iniectores manuū ad ipſum legatū aliūde accedant. Secūdo dicit ꝙ illi legati qui habent officiū legationis p textu eccleſiaꝝ ſuaꝝ q̄uis exiſtant in ꝓuincia ſua excōmunicatos pdictos ⁊ ſubditos: nō poſſunt abſoluere niſi ⁊ illis a ſede apoſtolica de ſpāli grā amplius cōcedatur ⁊ iſti legati nō mittūtur de latere pape. Idē.

Nemini

Primo dr ꝙ legati apoſto. ſedis

poſſunt facere ſtatuta in ꝓuincia ſibi cõmiſſa ⁊ durant ꝑpetuo lꝫ poſtmodũ ꝓuinciam exeant. ſecundo dicit ꝙ ſi legatus cõmittit cãm alicui iuriſditio illiꝰ expirat: niſi anteꝙ exeat ꝓuinciã citatio ꝑceſſerit.

De officio iudicis ordinarij. Rub.

PErnicioſum Statuit Johannes papa in ſinodo iſto ꝙ epi ſingularum ciuitatũ habeant poteſtatē inquirendi crimina ⁊ puiire criminoſos ſm ꝙ canones dicũt ſine impedimento: ⁊ ſi opꝰ fuerit inuocent brachiũ ſeculare ita tamē ꝙ per hoc nullũ preiudicium fiat epiſcopis ut hoc ipſo ius acquirat. Nota ꝙ vbi eccleſia ꝑ ſe non ſufficit inuocare debet auxiliũ ſecu lare. Euge. papa

SI ſacerdos Sacerdos ſcit aliquem reũ alicuius criminis vel ipſe criminoſus ei cõfeſſus fuit: dicitur ꝙ ſi ille admonitus fuerit ſatiſfacere: ſacerdos nõ debet eũ nominatim arguere niſi ordine iudiciario crimen fuerit ei ꝓbatum: ſed in genere admoneat illũ exemplo domini qui dixit vnus veſtrum me traditurus eſt: ſed ille qui damnum ſuſtinuit petat iuſticiã: ſacerdos poteſt excõmunicare illũ qui damnum dedit: hoc modo excõmunico quicũqꝫ fuerit tale factũ: ſed nomine ꝓprio debet eum excõmunicare: ꝗuis ei cõfeſſus fuerit: quia non ut iudex illud ſcit ſed ut deus: ⁊ debet illum admonere ne ingerat ſe cõmunioni ipſius ſacerdotis: quia nec chriſtus iudã remouit.

Nota ꝙ iudex non debꝫ iudicare ſm cõſciam: ſed ſm ea que ꝓbantur. Item in genere poteſt aliquis excõmunicari. Alex. iiij.

CUm ab eccleſiarum. Plebanus ſancti pancratii aliquando excõmunicabat aliquos ꝓ exceſſibus ſuis: epſ florentinꝰ abſoluebat eos irrequiſito dicto plebano ꝑuenit hoc ad dominũ papam. papa ſuper hoc reſcribit epo florentino dicẽs ꝙ quando ꝑlati eccleſiarum ꝓferunt ſniam eccleſiaſticã in aliquos malefactores illa debet firma ⁊ rata conſiſtere ⁊ obſeruari vſqꝫ ad debitam ſatiſfactionem. vnde mandat papa epo florentino quatenꝰ ſi ꝑdictus plebanus ſniam excõmunicatiõis vel interdicti in aliquos parrochianos ſuos tulerit ipſam faciat inuiolabiliter obſeruari: nec eam relaxet ſine conſcia dicti plebani.

Nota ꝙ plebani habent iuriſditõem excõmunicandi. Item epſ debet ſeruare ſniaſ ſubditorum ſuorum. Idem.

CUm uos Patroni eccleſiarum cantuarien̄ ꝓuincie pñtabãt ad vacãtes eccleſias ꝑſonas minus idoneas: ꝓpter quod ordinatio eccleſiarum differebat: vel etiã in preſentatores ⁊ prelatos alia diſcordia emergebat queſitum fuit a papa quid ſuper hoc iſtiſ ꝑlatis eſſet faciendũ. Mandat papa quatenus ſi aliquando in vacantibus eccleſiis in quibus eccleſiaſtica perſona preſentationem non habꝫ: vel quia minus idonei preſentant̄ vel alia de cã nõ poſſunt ꝑſonas ordinare. ponãt in eccleſiis yconomos: qui debeant recipere fructus ⁊ eos expendere in utilitatem eccleſiarum vel cõſeruare quouſqꝫ ꝑſone idonee ibi fuerunt inſtitute. Idem

EX parte Quidã ſubditi Cantuariẽſis archiepi excõmunicati fuerunt iuſta de cã iſti excõmunicati acceſſerunt ad papam ſupprimẽtes cãs ꝓ quibus fuerũt excõmũicati ⁊ alias pretẽdẽtes: abſolutiõis beneficiũ meruerũt: queritur an ſint habẽdi ꝓ abſolutis. Reſpõdet papa ꝙ ſi cõſtiterit ita eſſe compellẽdi ſunt ad apoſtolicã ſedem redire: cũ lr̄is rei veritatẽ cõtinẽtibus: ⁊ ſi de hoc nõ cõſtiterit ⁊ ſuſpecti fuerit compellẽdi ſunt purgationem preſtare ꝙ veritatem confeſſi fuerũt in abſolutione ſua impetranda.

Nota ꝙ excommunicatus in obtinenda a ſolutione debet exprimere cauſam ꝓ qua fuit excommunicatus alias non eſt habẽdus ꝓ abſoluto. Celeſtinus tertius.

SIgnificauit Duo
b⁹ mo
dis poteſt poni caſus.primo ſic ali
qui ↄtraxerunt matrimoniū ⁊ publica fama
erat ꝙ erant ↄſanguinei uel affines ⁊ ſcāda
lum nunciatū fuit hoc epo ſiue accuſatū fuit
matrimoniū.vnde eps vocauit illos ipi fue
runt ↄtumaces non venerūt: ꝑpter qđ epuſ
illos excōmunicauit:ipi appellauerunt: alij
ēt ꝑ ſimplicē querelā ſignificauerunt domīo
pape ꝙ ipi non erant cōſanguinei aut affiēs
⁊ ſic lr̄as ſup hoc obtinuerūt ad iudices de
legatos iudices abſoluerūt illos: ⁊ cetera ꝑ
ut ſequitur:⁊ cū iſti fuerunt abſoluti iudices
delegati non accedūt ad locū vbi teſtes ad
ꝓbandū conſanguinitatem vel affinitatem
debent ꝓduci:nec alij quas ꝓ receptione te
ſtium illuc tranſmittūt:⁊ ſic illi remanent in
copula in qua:⁊ cā vlterius nō ꝓcedit.quer̄
batur quid iuris eſſet. Reſpōdꝫ papa ꝙ do
lus ⁊ fraus nō debent iſtis patrocinari ⁊ ꝑ
malicia vel deſidia iudicis delegati nō de
bet quis remanere in copula coniūctiōis in
īque:⁊ ideo quotiens ea que dicta ſunt con
tingerit euenire:licite poteſt ordinarius tal̄r
abſolutos in priſtinaꝫ excōmunicatōis ſniaꝫ
reuocare:⁊ tā diu tal̄r r̄tiner̄ ligatos quouſꝫ
cā in teſtiū receptiue ⁊ alijs legittimū icipiat
habere ꝓgreſſum. ❡ Nota ꝙ illicite ſunt cō
iūncti excōmunicādi ſunt ut ab inuicem di
ſcedant. Item ordinarius ſupplet maliciaꝫ
ſeu deſidiam iudicis delegati. ❡ Secundo
ponitur ſic iſti cōtraxerūt matrimoniū accu
ſatū fuit matrimoniū ſup ↄſanguinitate aut
affinitate tandē lata fuit ſnia diuortij : ſꝫ qꝛ
ab inuicem non recedebant fuerunt excōmu
nicati tandē ſignificauerūt dn̄o pape ꝙ ſnia
lata ē ꝑ falſos teſtes hoc ꝓbare volebāt.vn̄
papa cām ↄmiſit ſup hoc iudices abſoluer̄t
illos ⁊c. ꝑ ut ſequitur in alio canone.⁊ caſuſ
iſte bonus eſt:quia ſnia data ↄtra matrimo
niū nō tranſit in rē iudicatā qn̄ poſſit reuoca
ri veritate reuelata qn̄cūqꝫ. Inno.tertius.

QUanto Quidam mo
nachi ⁊ alij regu
lares cū deberēt i clauſtro diuinis
obſequijs inuigilare de redditibus eccleſie
quarum curā geſſerūt congregant pecuniam
⁊ poſtea ꝑ curias principū diſcurrere nō ve
rentur:factū iſtoꝝ ꝑuenit ad noticiaꝫ domi
ni pape.vnde mandat archiepo dioceſ ipo
rum quatenus moneat p̄latos predictoꝝ re
gularium:ut ipi corrigant illos ⁊ reuocēt ad
clauſtꝝ ꝓprium:⁊ ſi hoc negligenter obmiſe
rint:tunc archieps moneat illos ut ꝓprium
ſi quod habent reſignent in manibus prela
toꝝ ſuoꝝ ⁊ vitam regularem obſeruent ꝙ ſi
nō fecerint ↄpellat eos ad hec ꝑ ſuſpēſioneꝫ
officij ⁊ beneficij appellatōe remota. ❡ No
ta ꝙ correctio regulariuꝫ primo ꝑtinet ad p̄
latos ipſoꝝ:⁊ ſi prelati ſunt negligentes tūc
epi eos corrigant ſm ꝙ hic dr̄. Idem

ADreprimēdā
Eps lexoneñ.in quoſdā ſubditos
ſuos tulerat ſnias excōmunicatōis aut ſuſpē
ſionis archieps rothomageñ:⁊ alij ſuffraga
nei eius nō ſeruabāt ſnias illas ꝑuenit hoc
ad papā.vnde ſcribit archiepo ⁊ eiuſ ſuffra
ganeis dicens ꝙ ꝑpter maliciā ꝑuerſoꝝ cer
te pene ſtatute ſunt: ⁊ ideo ſicut volūt ſuas
ſnias ab alijs obſ̄uari ita debēt ēt ſ̄uare ſen
tētias alioꝝ quare mādat eis qualiter ſnias
q̄s lexoñ.eps tulerit canonice i ſubditos ſuoſ
obſ̄uēt ⁊ faciāt a ſuis ſubditis obſ̄uari:tādē
loqt̄ archiepo dicēs ꝙ ſnia excōmunicatōis
nō ſuſpēdit ꝑ appellatōeꝫ:⁊ iō ſi qs excōica
t⁹ ab epo lexoñ eidē archiepo ↄqueſt⁹ fuerit
đ iiuſta excōicatōe remittat illū ad epm ab
ſoluendum ſm formā eccleſie: ⁊ ſi ille eū ab
ſoluere noluerit archiepſ illū abſoluat prius
recepta iuratoria eādē ⁊ p̄cipiat ei ⁊ ōbito
iuramēti ꝙ ſatiſſaciat eidē epo ſup eo ꝓ quo
fuit excōicat⁹ niſi ↄſtiterit:ꝙ iiuſte fuerit ex
cōicat⁹ ꝙ ſi nō fecerit i eandē ſniam r̄ducat
eūdē. ❡ Nota ꝙ ſniam epi alij coepiſcopi ſ̄
uare tenentur. Item quod tibi vis fieri alte
ri facere debes. Item ſnia excōmunica tiōis
non ſuſpenditur per appellatōem. Iteꝫ ſi ali
quis ↄqueritur archiepo de iniuſta excōmu
nicatōe nō dꝫ ſtati abſoluere niſi excōicato
res hoc noluerint adimplere. Idem.

QUo ſimul Păriarcha ieroſolomi
tan⁹ ꝯpellebat clericos tireñ archi
epĩ cũ ipſi parati eſſent reſpondere coraꝫ ar
chiepõ tireñ.ordinario ſuo ſupꝫ hoc queſtus
fuit tireñ.epũs domino pape ⁊ ipẽ reſpõdet
eidem dicens ꝙ in canonibus diffinitũ eſt:
ꝙ primates vel patriarche nihil iuris pre ce
teris debent habere niſi q̃tum canones illis
ꝑmittant ⁊ cõſuetudo illis cõtulit ab ãtiquo
niſi ſuper hoc apoſtolica ſedes aliquem illo
rum ſpãli priuilegio dixerit honorandum ⁊
ideo q̃ diu clerici ipſius tireñ. epĩ coraꝫ ipõ
voluerint ſtare coram patriarcha responde
re non debent:niſi cauſa per appellatiõem:
deferatur ad ipſuꝫ aut aliquid ei ab apoſto
lica ſede ſit indultũ. ¶ Nota ꝙ patriarcha
vel primas id ſolum poteſt in ſubditos ĩ ſuf
fraganeoꝝ ſuoꝝ ꝙ conſuetudo illis contulit
ab antiquo. Iteꝫ actor forum rei debet ſeq

Idem.

QUod ſedem Ar chiepõs
ꝑpter infirmitatẽ: vel aliã iuſtam
cauſam non poteſt conſecrare ſuffraganeum
ſuum queſitum fuit a papa vtꝝ poſſit ſuper
hoc cõmittere alicui vices ſuas. Reſpondet
ꝙ archiepiſcopus taliter impeditus poteſt
epõ vices cõmittere ⁊ conſecrandus debet
ab illo munus cõſecrationis accipere : dum
modo catholica habeatur ⁊ impedimentuꝫ
ei ex ſubtractione gratie non obſiſtat.

Idem

PAſtoralis Aliquis appellauit
ab epõ ad archiepõꝫ.queritur vtꝝ
archiepõs cãm iſtam ſibi delatam per appel
latõem poſſit cõmittere alicui ſubdito ſui ſuf
fraganeo metropolitico iure:⁊ ſi nollet cãm
recipere.vtrum poſſit ipm̃ ad ſuſcipiendum
delegatõem ꝯpellere. Reſpondetur ꝙ archi
epõs ipm̃ ad ſuſcipiendaꝫ delegatõem nõ po
teſt compellere inuitum:quia in eum nullaꝫ
habet poteſtatem : niſi in quibuſdam certis
articulis q̃uis epõs ſuus eidem ſit metropoli
tico iur̃ ſubiectus. ¶ Preterea in §.iſto po
nitur talis caſus. Cauſa cõmiſſa ẽ alicui per
ſedem apoſtolicam delegatus citauit reum
reus non venit contumax fuit ꝑpter contũa
ciam ſuam manifeſtã fuit excõmunicat⁹ vl̃
iudex actorem induxit in paſſionem rei peti
te cã rei ſeruande tandẽ mortuus ẽ delegat⁹
reus vult abſolui vel recuperare poſſeſſiõeꝫ
amiſſam p̃ſtita cautiõe ꝙ iuri parebit. Que
ritur an liceat alicui ordinario ipm̃ abſolue
re vel poſſeſſiõem ſibi reſtituere infra annuꝫ
ſufficienti cautiõe recepta ſine ſpãli manda
to apoſto.ſe. Reſpõdetur ꝙ eſt delegatus q̃
tũ ad illã cãm maior ſit ordinario ſine ſpãli
mãdato pape excõmunicatus ab huius de
legato beneficiũ abſolutõis per aliũ nõ pote
rit obtinere preterquã in mortis articulo ni
ſi talis fuerit ille delegatus: ꝙ cũ alijs ſucce
dat in onere ac honore:nec poſſeſſionẽ amiſ
ſam poterit recuperar̃ per aliũ quã per ſedẽ
apoſtolicã. In ſi. dat papa tale ꝯciliũ:ne ac
tor poſt annũ efficiatur iuris poſſeſſor: reus
coraꝫ ordiario vel ſi ordiariũ hr̃e nõ põt co
rã publicis ⁊ honeſtis ꝑſonis offerat ⁊ p̃ſtet
cautiõem ꝙ iuri parebit interrũpẽdo ꝑ hec
p̃ſcriptionẽ ãnalẽ:ut ſic poſt annũ recupare
poſſit poſſeſſionẽ amiſſaꝫ. ¶ Nota ꝙ archi
epõs non hꝫ iuriſditõem in ſubditos ſuffraga
neoꝝ ſuoꝝ niſi in certis articulis. Item de
legatus pape maior ẽ ordinario quãtuꝫ ad
cãm illam:que eſt ei cõmiſſa. Item ordinari
us nõ poteſt ſe intromittere de hijs que ſiũt
a delegato a papa.item ſi aliquis nõ poteſt
habere copiam iudicis illud ꝑteſtetur corã
ordinario uel coram publicis ꝑſonis ſi ordi
narius haberi non poteſt:quod ꝑ eũ nõ ſtat
quo minus faciat quod facere intendebat ⁊
ſic poſtea non currit ei tempus:quouſqꝫ co
pia iudicis haberi poterit.

LIcet incor Epũs pariſieñ
recepit in mandatis a domino pa
pa vt tam circa regulares q̃ ſeculares ſue iu
riſditionis q multa ⁊ grauia cõmittere dice
bãtur.inquirat ⁊ corrigat appell. re. que vi
dent corrigendã: ⁊ ſtatuat ad reformatio
nem eorum quod iuſtum fuerit ⁊ honeſtum

occaſione huius mandati dicebat pariſieñ. ꝙ nullus ſubditus ſuus a correctione ſua ad metropolitanũ poterat appellare cũ in mandato ſuo appellationis remedium ſit inhibitũ archiepẽs ſenoñ.metropolitanus eius ſignificauit hoc domino pape ⁊ ipe reſpondet ei dicens ꝙ licet in corrigendis exceſſibus appellationis remedium ſit inhibitũ nõ tamen fuit intentionis pa.nec eẽ debuit iuriſditioni archiepĩ per mandatum hmõi derogare.vnde ſi aliquis caſus emerſerit in inquiſitioib⁹ faciẽdis a dicto epiſcopo nõ tanꝙ delegato ſed tanꝙ ordinario in quo licitum ſit appellare non vult papa derogare auctoritate ipſius archiepĩ occaſiõe dicti mandati quo minus licitum ſit cuilibet ad ipm archiepm tanquam ad metropolitanũ libere appellare. ¶ Item nota ꝙ a correctõe nõ eſt appellandũ niſi modus excedatur. Item non intẽdit papa alicui per ſuum mandatum p̃iudiciũ generare. Idem In cõcilio generali.

Irrefragrabili In principio ſtatuit ↄciliũ ꝙ prelati eccleſiaꝝ prudenter ac diligenter intendãt circa correctionẽ ſubditoꝝ ſuoꝝ ⁊ precipue clericoꝝ ne ſanguis eoꝝ de prelatoꝝ manibus requiratur: vt autem liberius correctionis officiũ valeant exercere decernit ꝙ nulla ↄſuetudo vel appellatio ipſoꝝ officiũ valeat impedir̃ niſi modus canonicus in talibus excedatur tamen exceſſus canonicoꝝ cathedralis eccẽ que cõſueuerũt corrigi per capitulũ ad ↄmonitõem epĩ infra certum terminũ preſigendũ ab ipo p ipm capitulũ corrigatur illis in quibus talis fuit conſuetudo ⁊ ſi capitulũ negligens fuerit epus ex tunc deum habens pre oculis ipos corrigat ap.re. ¶ Ceteꝝ dicit̃ i iſto.§.ꝙ ſi canonici abſqꝫ manifeſto ⁊ rõnabili cã in contemptũ epĩ ceſſauerunt a diuinis: epẽ celebret in eccleſia cathedrali ⁊ metropolitanus tanquam delegatus a papa ſup hoc ad querelã epĩ cognita veritate eos taliter corrigat:ꝙ metu pene talia de cetero non preſumant. In fi. dicit ꝙ prelati eccleſiarum hoc ſalutare ſtatutum ad queſtũ pecunie vel grauamẽ aliud non cõuertant:ſed diligenter obſeruent:ſi canonicã velint effuger̃ vltionẽ. ¶ Nota ꝙ p̃latus tenetur corrigere ſubditos alias imputabitur ei. Item a correctione non appellatur niſi modus excedat̃ Item cõſuetudo dat iuriſditõeꝫ in exceſſib⁹ corrigẽdis. Item hic ẽ caſus in quo metropolitanus eſt iudex ſubditorum ſuffraganeoꝝ:ſed non iure metropolitico: ſed auctoritate huius ↄſtõis. Idem

Quoniam In multis partibus intra vnam dioceſim uel ciuitatem pmixti ſunt populi diuerſaꝝ linguaꝝ q ſub vna fide varios habẽt ritus: ⁊ mores ſtatuit cõciliũ:ꝙ epĩ hmõi ciuitatũ eligãt viros idoneos q ſm diuerſitatem linguaꝝ diuina illis officia celebrẽt ⁊ eccleſiaſtica ſacramẽta miniſtrent inſtruẽdo eos verbo ⁊ exemplo.preterea p̃hibet cõciliũ ꝙ vna ciuitas non hẽat plures epõs:tanꝙ vnũ corpus habẽs plura capita quaſi mõſtrum: ſed ſi neceſſitas propter cauſas predictas poſtulauerit epẽ loci catholicã pſulẽ nationibus illis ↄformẽ ↄſtituat ſibi vicarium qui ſibi ſit p omia obediens ⁊ ſubiectus: ⁊ ſi aliquis aliter ſe ingererꝫ nouerit ſe excõmunicatum: ⁊ ſi nõ recipuerit ab omi eccleſiaſtico miniſterio deponat̃ adhĩto ſi neceſſe fuerit auxilio brachij ſecularis ¶ Nota ꝙ vnaqueqꝫ ciuitas tantũ dꝫ hr̃e vnũ pontificẽ. Item eccl̃a inuocare põt ⁊ dꝫ auxiliũ ſeculare cũ nccẽ fuerit.

Idem

Inter cetera Inter alia q̃ ptinẽt ad ſalutẽ populi xp̃iani verbi dei p̃dicatio ꝙ plĩmũ ẽ nccãria: qꝛ ſicut corpus mãli cibo nutrit̃:ita ⁊ aĩa ſp̃uali cibo reficitur:ſed epĩ qñqꝫ ,ppter multas occupatões ⁊ alias multas cauſas non ſufficiunt miniſtrare populo verbum dei.vnde ſtatuit concilium:ꝙ epiſcopi aſſumant viros idoneos ad officium predicationis q plebes ſibi ↄmiſſas eoꝝ vite inſtruãt ⁊ edificẽt verbo ⁊ exemplo quibus cũ nccẽ fuerit nccãria

miniſtrentur ne ꝓpter neceſſitatē ab officio
predicationis deſiſtant. vnde precipit cōcili
um ꝙ epi tam in cathedralibus eccleſijs q̄
etiā in alijs ꝯuentualibus viros idoneos de
beant ordinare quos habeant coadiutores
tam in officio predicationis q̄ in audiendiſ
cōfeſſionibus ⁊ alijſqȝ ad ſalutem pertinent
animaꝝ qui aūt hoc neglexerit diſtricte ſub
iaceat vltioni. Inno. tertius.

C Onquerente
Procurator monaſterij ſancti
benedicti mōtis ſubaſiſu ꝯque
rebatur ꝙ eps de aſſiſio dioceſanus nō cō
tentus iuribus epalibus in eccleſijs ⁊ capel
lis ipſius monaſterii que debet habere a q
buſdam eaꝝ exigebat ꝓcurationes que ad
eas pſtandas nō ſufficiebāt. vnde petebat p
curator monaſterii ꝙ eps ſpecificarē illa q̄
cōpetebat eidē in eiſdē eccleſiis ratōne iuris
epalis: quibuſdā vero ſpecificatis: lis fuit le
gitie ꝯteſtata domin⁹ papa viſis ⁊ itellectis
ꝓbatiōibus ⁊ rationibus vtriuſqȝ ptis de
creuit ꝙ eps habeat canonicā obedientiam
ſubiectōem ⁊ reuerentiam: ⁊ alia que in lr̄a
enumerantur in eccleſiis ſeu capellis dioce
ſis ipſius ad monaſteriū ipm ſpectantibus
ita ꝙ cū ad eccleſias illas viſitandas acceſ
ſerit non plus requirat ab illis eccleſiis noie
ꝓcuratōis niſi ei poterunt exibere penſatis
facultatibus earūdē: nec amplius aggrauē
tur in ꝓcurationibus cetere capelle eiuſdem
dioceſis ⁊ iſtis iuribus in predictis eccleſiiſ
epus ſit cōtentus: nec amplius exigat preter
moderatum auxiliū quod iuxta formā late
rañ. cōcilii duxerit poſtulandū ſi manifeſta
⁊ rationabilis cā extiterit. Nota ꝙ gene
ralitas ſpecificanda ē. Itē ꝓcuratio que de
betur rōne viſitatōis: ſm facultates eccleſie
dari debet. Item non amplius debet exigi
ab vna q̄ exigitur ab aliis in ꝓcurationib⁹
faciendis: ⁊ eodē iure q̄tū ad hoc omnes ei
dem debent eſſe.

E T iuxta Precipit hic
papa ꝙ cū plati
exercet officiū viſitatōis ſeculares

ſecul nō habeant: ꝑ quos poſſit in clauſtris
diſſolutionis materia ꝓuenire ſed duos vel
tres de canonicis ſuiſ habeat epiſcopus i de
centi habitu adiunctis ſibi aliquibus religi
oſis. Idem.

D Ilectus filius
Inter abbatē monaſterij rothoneñ
ex vna parte ⁊ epm veneteñ. ex altera: qō ſuꝑ
q̄buſdā qōib⁹ vertebat: dicebat abbas ꝙ ter
tia pars emendarū quas homines. v. parro
chiarum pro ſuis exceſſibus ſoluere compel
luntur ad ſuum ſpectat monaſteriū ab anti
quo: ⁊ ꝙ orta queſtione eccleſiaſtica inter ho
mineſ dictarū parrochiaꝝ citatio pertiebat
ad ipſum abbatē: ſȝ examinatio ⁊ deciſio q̄
ſtionis ad ipſū epm veneteñ. ⁊ ad ipm abba
tē cōmuniter pertinebant: ſed epiſcopus ſuꝑ
his ⁊ ſuper emēdis inquietabat abbatē. ſu
per his de conſenſu partiū lr̄e fuerunt impe
trate a domio Innoc. ad iſtos iudices ꝑ q̄s
mandabatur eiſdē ut auditis hinc inde ꝓpo
ſitis: cām ſufficiēter inſtructā remitterent ad
apoſtolicā ſedē: corā quibus dictus epus ꝓ
ceſſum iſtorū iudicū impediebat occaſione
cuiuſdam ſnīe late ſuꝑ q̄buſdā eccleſiis quo
ad legē dioceſanū ꝓ ipo epo. Sȝ quia iudi
ces ñ ꝓcedebant: ſupplicauit pfatus abbas
domino pape ho. ut cum citatio cauſaꝝ exa
minatio deciſio ⁊ emende ad. l. iuriſditiōis
ꝑtineāt occaſiōe ſnīe ſupradicte nō pmitterē
impediri ꝓceſſum iudicū pdictoꝝ. Suꝑ hiſ
ſcribit hono. pdictis iudicibus mandans ꝙ
cum predicta de lege iuriſditionis extiterit.
Quatenus non obſtāte huiuſmōi ſnīa proce
dant in negocio iuxta traditā ſibi formā.
Nota ꝙ alia eſt ſnīa lata quo ad legē dioce
ſanam ⁊ alia lata quo ad legē iuriſdictionis
cum vna alij non obſtat. Grego. ix.

G raue Quidā eps recepit
in mādatū a dño pape
gregorio ſuper correctiōe clericoꝝ
ſue dioceſis ciuitatis occaſiōe iſtius mādati
epo tulit ſnīam interdicti in eccleſiā. ſ. marie
de orbitello ⁊ quaſdā alias exiſtentes in di
oceſi ipſius epi pertinētes ad monaſterium

ſcilicet anaſtaſij de vrbe: ⁊ ſuſpenſionis ſen
tentiā in clericos earūdem: abbas conqueſtꝰ
fuit ſup hoc dño pape: cū paratus eſſet cor
rigere clericos dictarū eccleſiarū: mādet pa
pa dicto epo ꝙ cū in dictas eccleſias nullā
habet iuriſdictionē ordiariā aut etiā delega
tam occaſione predicti mandati. Quatenuſ
ſi eſt ita prudenter corrigat que minus proui
de attēptauit ⁊ predictas ſnias ſine difficul
tate relaxet. ¶ Nota ꝙ papa p lr̃as non in
tendit alicui preiudiciū generare. Idem.

Is quibus dicit i decreta
li iſta ꝙ illi qui ex officio in certis
cauſis poſſunt abſoluere illos qui ꝓpter vio
lentā manuū iniectionē in clericos incidūt i
ſniam excōicationis. abſolutionē huiuſmodi
poſſunt aliis cōmittere cū viderint expedire

De offi. iudi. Hono. tertius.

Ex litteris Inter abbatē ⁊ conuentū monaſte
rij caueteñ. ex pte vna: ⁊ ab
batē ⁊ conuentū foſſe noue
ſuper quibuſdā poſſeſſionibus ex altera: qō
vertebatur coram archiepo ⁊ abbate ſcī leo
nardi ſalernitañ. corā quibus ꝓpoſuit pcura
tor monaſterij foſſe noue ꝙ hēre nō poterat
aduocatū. vnde ſuper hoc eorū officiū implo
rauit. Archieps dedit eidē. r. clericū ſuū vt i
cā illa ſuū pīociniū exhiberet. Sed qdā mo
nachus caueteñ. excipiēdo ꝓpoſuit hoc eſſe
factū in preiudiciū ſui monaſterij eo ꝙ dictꝰ
r. eius clericus ⁊ domeſticus exiſtebat iudi
ces dubitantes qd iuris eſſet ſignificauerūt
hoc dño pape ⁊ ipſe mādat eiſdē: quatenus
non obſtāte huiuſmodi exceptiōe in negocio
ꝓcedant eodē preuia rōe. Grego. ix.

Iudicis Eccleſia vel minor leſa ē i ali
quo otractu iuris vel in aliqua ſen
tentia a qua nō fuit appellatū ita deſtituti ſi
nito iure cōi recurrūt ad officiū iudicis per
beneficiū reſtitutiōis petit eccleſia vel minor
pricipaliter reſtitui cōtra ipſum otractū vel
cōtra ſniam: queritur vtrū in caſu iſto dēat
litis cōteſtatio fieri: dicit papa vbicūqꝫ offi
ciū iudicis loco actionis ꝓponitur puta pe
titur reſtitutio in integrū pricipaliter litis cō
teſtatio dꝫ fieri: ſi vero incidēter ſint ante in
greſſum litis ſiue poſt ingreſſū cauſe hmōi of
ficiū poſtuletur pōt ad hoc recurſus hēri ſine
litis cōteſtatiōe. ¶ Nota ꝙ cū reſtitutio pri
cipaliter poſtulatur ordo iuris ſeruari debꝫ
ſicut i quolibet alio iudicio ordiario vbi cer
ta actio vel cauſa proponitur.

De maioritate ⁊ obia. ru. Gregorius.

Tam certum Quod prius ordinatus ma
ior eſt ⁊ prior his qui poſte
rius ſunt ordinati. Idem.

Si quis venerit. Littera ſatis patet. Nota
ꝙ epiſcopi poſſunt facere decretū

Leo papa.

Legebatur. Quidā le ctus fuit in prela
tum alicuius eccleſie ⁊ cōfirmatus quidā fr̃
acticus noīe abſens erat. Hec audiēs ſtatī
venit ⁊ voluit facere obīam ſed prelatus vo
lebat ꝙ ipſe p ſcripturā obligaret ad obiam
p̄ſtandā: ⁊ ſic ſcripſit ⁊ ſpoſpondit fr̃ acticꝰ
p̄latus iſte ſignificauit hoc dño pape quali
ter frater acticus ſcripſerat. Rn̄dit ei papa
dicēs ꝙ in lr̃is illis ſignū ꝓdebatur iniurie:
qr nō fuit neceſſe vt obligaretur ſcripto quia
obediētiā ſuā ſponte exhibuit. Clemēs. iij.

Omnes Patet.

Illud dominus. Ildeſeñ. eps trāſtulit ſe ad
herbipolēſem eccleſiā ſine lnia pa
pe mūitiones ⁊ caſtra herbipoleñ. eccleſie re
tinuit ad vtilitatē illius ecclie vt dicebat ne
ſi ad alios deueniſſet nō eſſet q eas poſtmo
dū liberaſſet. papa ſuper hoc ſcribit capitu
lo herbipoleñ. dicēſ ꝙ ſpiritualia ſūt tempa
libus digniora ⁊ obia melior eſt ꝙ̃ victima
⁊ potius dꝫ hō aſcultare ⁊ attendere ꝙ̃ adi
pē offerre: ⁊ iō nō debebat epus hildeſemeñ:
ꝓ tpali cōmodo inobediētie notā incurrere:

nec venire ↄtra apoſtolicas iuſſiones. Nota ꝙ ſpiritualia ſunt tēporalibus digniora.

Idem.

Solite Impator ↄſtātinopolitanus fecit priarchā ↄſtātiopolis iuxta pedes ſuos in partē ſiniſtrā ſedere: papa itelligēs hoc ſcripſit ei ꝙ nō decebat eū taliter ſe hēre erga patriarchā ſuū cū alij reges ⁊ pricipes ſuis p̄latis ſicut debēt reuerēter aſſurgāt ⁊ eis iuxta ſe venerabilē ſedē aſſignēt. imperator reſcripſit dño pape ꝙ multū mirabat̄ ꝙ propter hoc viſus fuerat eū increpare: dicēs ꝙ ſacerdotiū ſubeſt īperio auctoritate beati petri dicētis ſubditi eſtote oī humane creature ꝓpter deū: ſiue regi tanꝗ̄ precellēti ſiue ducibus tāꝗ̄ ab eo miſſis ad vīdictā malorū laudē vero bonorū. Nunc in decretali p̄nti ſcribit eidē imperatori: dominus papa rñdens auctoritati petri exponēs illā dicēs ꝙ ſi pſonā loquētis ⁊ illorū ad quos loquebatur diligēter cōſideraſſet nō expreſſiſſet taliter intellectū illi⁹ auctoritatis ſcribebat eni ſubditis quos ad humilitatē inducebat: nec p hoc voluit ſacerdotiū ſubeē qꝛ ſꝫ ītellectū illi⁹ ſeq̄ret̄ ꝙ quilibet etiā ſeruus īperiū ī ſacerdotes acepiſſet ex eo ꝙ dicitur humane creature ſed nō negat qui imperator p̄ſit ſuis ⁊ illis q ab eo tēporalia recipiūt tādē expoſita premiſſa auctoritate petri oſtēdit exēplo xp̄i ſacerdotiū preeminere regibus decētis ieremie. Ecce ego cōſtitui te ſuper gētes ⁊ regna ⁊c. ⁊ per auctoritatē geneſis: fecit deus duo lumiaria magna ⁊c. ſi eni īperator iſta cōſideraſſet nō taliter patriarchā ſuū ſedere ad pedes ſuos feciſſet: ⁊ licet papa ipm nō increpaſſet poterat tamē rationabiliter increpare cū ipſe ī pſonā petri ſuper oēs receperit poteſtatē: cui dictū eſt a domino quodcūqꝫ ligaueris ⁊c. In fine dicit ꝙ imperialis celſitudo diſcernat vtrū ad bonū vtile inuitauerit īpatoriā excellentiā cū ipſe ſolūmō ad vtilitatē eccl'ie ⁊ terre ieroſolimitāe ſubſidiū ipꝫ duxerit inuitandū. ¶ Nota ꝙ pſona loquēs cōſiderāda eſt ⁊ pſone eorū ad quos aliquis loquit̄ ⁊ vi locutiōis dꝫ quis cōſiderare. Itē īperator p̄cellit eos qui ab eo tēporalia recipiūt etiā ſacerdotes ſed ī ſpiritualibus pontifex antecellit ipſum. Itē imperator ⁊ alij oēs laici iferiores in clericos nō habēt poteſtatē qꝛ nō ſunt eius iuriſdictioni cōmiſſi.

Idem

Pertuas Aliquis recepit ordinē ſubdiaconatus a dño papa queſitum eſt a domio papa vtꝝ p ordinē ſubdiaconatuſ ſubtrahatur a debita reuerētia ſui epī. reſpōdit papa ⁊ ſi decēs ſit vt illi ſm quod cōuenit inter alios ſubditos ſuos a ſuo epo deferatur qui a ſede apoſtolica fuerit ordiatus ꝑterea tamē ab obia epī ſui nō abſoluitur.

Idem.

INter quatuor

Antequā ciuitas cōſtātinopolis caperetur a xp̄ianis erāt quedā eccleſie que p̄riarche cōſtātinopolis nō reſpōdebāt poſt recupatiōeꝫ petebat p̄riarcha a dño papa quatenus eccleſias ſibi ſubijcereꝫ. reſpōdet papa ꝙ dupliciti rōe ipſius petitio nō fuit admittēda: quia rō iuris poſtulat vt in preiudiciū illorū qb⁹ ille eccleſie ſunt ſubiecte de ipſis eccleſijs nihil debeat ordiari cū nec citati ſunt nec conuicti nec per cōtumaciā ſe abſentent. Sup.

¶ Preterea petebat p̄riarcha vt dñs papa faceret ſibi īpēdi obiam ab archiepīs ⁊ epīſ regni cipri. ⁊ papa fere idē reſpōdet in hac petitiōe ſm qđ in alia cū ⁊ ipſi ante ꝓmotionē patriarche exempti extiterit quādo ↄſtantinopolis eccleſia erat īobediēs ⁊ rebellis ⁊ in eorū abſentia circa ſtatū illorū nihil debeat imutari: ſi vero iuſticiā de illis poſtulauerit audiet ipſum. ¶ Nota ꝙ cōtra abſenteꝫ nō citatū non ↄuictum vel cōfeſſum nō ē procedendum.

Idem.

Quod ſuper. Abbates quidā quādo vocabantur ad ſinodū a dioceſano: dicebāt ꝙ abbateſ non tenentur ire ad ſinodū: queſiuit epſ a papa quid iuris eſſet. reſpondet ꝙ abbates ⁊ ſacerdotes ſubiecti ſunt epo lege dioceſana qui ad ſinodū venire cōtempnūt per cenſurā eccleſiaſticā ad ſinodū venire cogantur

obediẽtiã ⁊ reuerẽtiam ſuo epõ exhibẽtes dummõ nihil iniquũ ſtatuatur in ipa. ¶ Nota ꝙ abbates ad ſynodũ venire debẽt.

Idem.

Cum in eccleſiis Significatum fuit domino pape ꝙ canonici eccleſiaꝝ ſanctorum victoris ⁊ ioannis in monte inobedientes erant ſuo priori: ⁊ in aliis ꝙ plurimũ excedebãt papa volens intendere circa reformationẽ eoꝝ mandauit canonicis vniuerſis ut priori ſuo i hiis que ad deum pertinent obedirent lr̃is domini pape receptis omnes reſponderunt: ꝙ parati erant in omnibus obedir̃ exceptis quatuor: qui cõtra priorem ſe inſuperbiam erexerunt: ꝙuis de obedientia preſtanda priori pſtitiſſent iuramentum ⁊ cum non poſſent obedientiam reuocare: dictus prior excommunicauit eos tandem petierunt abſolui ab epiſcopo priore: ⁊ ipſe preceperat eiſdem ut iurarent parare mandatis ipſius: quod ipi facere noluerunt. vnde voluit eos abſoluere poſtmodũ iſti quatuor ad ſedem apoſtolicam acceſſerunt: ⁊ cum conſtitiſſꝫ pape d ipſorum contumacia p lr̃as multoꝝ p̃latoruꝫ recepto ab eis iuramento ſm formam ecce ipſos fecit abſolui precipiens eidem ſub iuramenti debito: ut ad clauſtrum redirent: ⁊ ſuo priori humiliter obedirent. Super negocio iſto ſcribit papa duobus abbatibus mãdãs eiſdem. Quatenus compellant prefatos canonicos redire ad obiaꝫ ſui prioris ⁊ ne de ſua malicia valeant gloriari compellant eoſdẽ: vt preſtẽt eidẽ priori iuramẽtum quod de parẽdo mandatiſ prioris p ſua abſolutione ſuperbe negauerãt ſi videant expedire: quod ſi facere noluerint de monaſterio repellãtur. ¶ Nota ꝙ priores abbates poſſunt excõmunicare. Itẽ iuramẽtũ de obia ⁊ cõtũmacia põt exigi. Itẽ lr̃is prelatoꝝ creditur in preiudiciũ alioꝝ. Itẽ excõicati debẽt abſolui pſtito pri⁹ iuramẽto Itẽ a piurio iterũ exigitur iuramẽtum. Item qui priori vel abbati nõ vult obedire debet expelli de monaſterio.

Honorius. iii.

His que Inter eccleſiaꝝ ſancti laurẽtii in damaſco ex parte vna ⁊ capellas ſibi ſubiectas ex parte altera queſtio vertebatur ſuper ſcrutinio ⁊ aliis articulis coram papa. Itẽ auditis que vtraqꝫ pars coram ipſo pponere voluit ſniando decernit vt preſbyteri ⁊ clerici earumdem capellarum cardinali qui tũc erat in eccleſia ipſa ⁊ qui per tempora fuerit: preſtent manualem obedientiam ⁊ reuerentiam ⁊ ad eccleſiam ipſarum pro ſcrutinio baptiſmo ⁊ capitulo conueniant temporibus conſuetis correctionem ipſius cardinalis recipiant ⁊ ſñias excõmunicatõis interdicti vel ſuſpenſionis quas in eos ⁊ i eoꝝ eccleſiis tulit inuiolabiliter obſuent: cum vero eccleſia illa cardinali vacabit capellani ⁊ clerici ſupradicti capitulo ipſius eccleſie exibeant omĩa ſupradicta excepto quod dictum eſt de correctione excommunicatõe ac ſuſpenſione ipſoꝝ que dominus papa p bono pacis ſue puidentie reſuauit. ¶ Nota hic que debent capellani ⁊ clerici ſuis plebibus. Item vacante eccleſia capitulum exercere vicem prelati.

Idem

Dilecta Abbatiſſa que de liburgeñ. cõqueſta fuit domino pape: ꝙ cum ipa canonicas ſuas ⁊ clericos ſue iuriſditiõi ſubditos ſuſpenderet ab officio ⁊ beneficio exigentibus ſuis culpis: dicebant ꝙ cum ipſa eos excommunicare non poſſet: ſuſpenſionẽ ipſius non ſeruabant ⁊ ſic eorũ exceſſus impuniti remãebãt. mãdat papa cuidaꝫ abbati: quatenus dictas canonicas ⁊ clericos cõpellat per cenſuram eccleſiaſticam vt abbatiſſe prefate obediẽtiã ⁊ reuerentiam impendant ⁊ eius ſalubria mãdata obſeruent. ¶ Nota ꝙ mulier excõmunicare non põt.

Gregorius. ix.

Dilecti filii Patriarcha gradeñ occaſione cuiuſdam cõſuetudinis exegit iuramentum fidelitatis ab epiſcopo caſtellano preter formam canonicam ꝙ alii ſuffraganei ſolent preſtare ſuis metropolita

nis archid. ⁊ canonici caſtellani vidētes ex
hoc eccleſie ſue preiudicium generari ad ſe
dem apoſtolicam appellarunt ne occaſione
illius iuramēti nihil exigeretur ab epiſcopo
caſtellano vltra id quod faciūt alij epiſcopi
ſuis metropolitanis propter aliquaꝫ conſue
tudinē. vnde mandat papa patriarche gran
denenſi. quatenus ꝯtentus exiſtat forma ca
nōica quā ipſe recipit ab epiſcopis ſubiectis
ſibi nullo medio nec amplius exigat a caſtel
lano epiſcopo obtentu alicuius cōſuetudinis
pretextu iuramēti predicti: ſciēs ꝙ papa ab
ſoluit eū ab huiuſmodi iuramēto quātuꝫ ad
alios articulos imo ipſum denūciat potius
non teneri. ¶ Nota ꝙ vbicūqꝫ videt aliqs
ſibi preiudiciū generari pōt appellare. Iteꝫ
quod tibi nō vis fieri alij nō facias. Iteꝫ iu
ramentū nō extēditur ad ea que de iure ꝓe
ſtanda non ſunt. Idem.

Cum olim Vacante monaſterio
ſancti ſaluatoris meſſañ. monachi
elegerūt quēdā ī abbatē perſonā viꝫ indignā
⁊ ſic ipō iure fuerunt eligēdi poteſtate priua
ti: mandat papa priori fratrū predicatorum
⁊ archidia. regio. Quatenus auctoritate ip
ſius de gratia ſpeciali concedant dictis mo
nachis eligendi ſeu poſtulandi liberaꝫ facul
tatem licet ipſo iure hac vice ſint eligēdi po
teſtate priuati ⁊ cū eccleſia meſſañ. vacet ad
preſens: electionē ſuā preſentet capitulo meſ
ſaneñ. confirmandā ꝓut de iure fuerit vel ēt
infirmandam. ¶ Nota ꝙ eccleſia vacāte ca
pitulū ſupplet vicē in cōfirmationibus prela
torum. Idem

Statuimus In eccleſia ſā
cte Marie maioris de vrbe talis
erat conſuetudo ꝙ illi qui primo recipieban
tur ibidem preferebantur illis qui poſterius
recipiebantur in ſeſſionibus ⁊ in portionibꝰ
percipiēdis etiam ſi eſſet in maiori ordie cō
ſtitutus: quia iſtud inhoneſtū erat: ſtatuit pa
pa ꝙ preſbyteri primū locū teneant diaconi
ſecundū ſubdiaconi tertium ⁊ ſic de reliquis
obtineant ordinatim etiā ſi poſterius ſint re
cepti ⁊ ſunt in portione precipienda qui in
maiori ordine fuerint minoribus preferunt
⁊ minores clerici faciant ſeruicia conſueta.
¶ Nota ꝙ maiores ⁊ digniores reputant̄ ī
maioribus ordinibus conſtituti. Idem.

Cum inferior
Archiepiſcopus colloceñ. de licen
tia domini pape monaſteriū de cuer cōſtitu
tum inſirmieñ. archidiaconatu dioceſis col
loceñ. erexit eccleſiā cathedraleꝫ: ⁊ papa ec
cleſiam exemit a iuriſdictione ipſius archidi
aconi. archidiaconus predictus in tantā pro
cupit audaciā vt in epiſcopū ibi cōſecratum
⁊ eccleſiā ſuā iuriſdictionē exercer̄ p̄ſūpſerit
ſignificatum hoc fuit dño pape. vnde ſuper
hoc ſcribit epo colloceñ. dicēs ꝙ inferior po
tiorē ſoluer̄ nequit vel ligare: ſed potius ma
ior minorem regulariter abſoluit ⁊ inhone
ſtum ē ⁊ abſurdum: vt filius poteſtatem ha
beat in parentem: ⁊ ideo mandat ipi collo
ceñ: vt prefato archid. diſtricte precipiat. ne
de cetero talia in dictū epm attemptare pre
ſumat. cum dominus papa ab ipſius iuriſdi
tione ipm exemerit: ita tamen vt ſi per hoc
archidiaconatus iura ledūtur in dioceſi ſua
abſqꝫ iura alieni preiudicio recompēſatiōeꝫ
illi faciat congruentē. ¶ Nota ꝙ minor in
maiorem poteſtatem habere non debet. Itē
ſinee alterius preiudicio eccleſia cōſtrui de
bet aut etiam ampliari. Idem.

Humilis Inter archiepm
bituriceñ. ⁊ archi
epiſcopum burdegalēſem ꝯtrouer
ſia fuit diutius agitata ſuper iure primatie
quis coruꝫ debet eſſe primas. dominus pa
pa gregorius poſt diuturnā concertionē quā
dā fecit prouiſionē inter ipſos: quā prouiſio
nē miſit qbuſdā mādās eiſdē. quatenꝰ reqrāt
aſſenſū p̄latoꝝ burdegaleñ. ꝓuīcie in ea pre
ſentium ex conſenſu capitulorū cathedraliuꝫ
eccleſiarum eiuſdem ꝓuincie ⁊ aſſenſum bi
turiceñ. capituli ſuper ipa ꝓuiſione quo ha
bito ꝓuiſionem illa ſolemniter publicent ⁊
ſi aliqui conſenſum preſtare voluerint pub
licationi predicte ſupſedeant ⁊ eidem preci

plant vt ꝑſonaliter ſi prelati fuerint ad pñtiam pape accedant. vel ſi capitula fuerint ꝑ ꝓcuratores idoneos ꝯpareant ꝓſequat̃ coram papa ius ſi quod habent ſatiſfaciant ꝑti alteri ſi ſuccubuerint in expenſis. Nota ꝙ omnes vel aliquos tangit eorum ꝯſenſus requirend⁹ eſt. Item qui ſuccumbit in expenſ⁹ condemnari debet: ſed de hoc ideo ſtatuit in cāu iſto quia quaſi fundata erat ītentio bituriceñ. ꝑ illam ꝓuidentiam: ⁊ iō ſi ſuccumbat calumniari videtur.

Alex. tertius.

De treuga ⁊ pace. Rubrica.

Treugas Per te videas lr̃as non enim tenetur ꝙ hoc ſtatutum eſt: quia non fuit approbata iſta treuga. ⁊ in. c. ſequenti lr̃a pꝫ.

De pactis. Rubrica.

ANtigonus Antigonus epiſcopus matitreñ. In concilio affricano grauem depoſuit querimōiam de optantio epiſcopo: quia cum inter ſe pactum feciſſent ꝙ alter non ſubtraheret alterius populos optantius epiſcopus non ſeruauit pacta inita iter eos: ſed alliciebat populos antigoni vel petebat ut pacta inita inter eos ſeruentur: aut conuentus ſi ſe non correxerit eccleſiaſticam ſentiat diſciplinaꝫ vniuerſi dixerunt pax ſuetur: pacta cuſtodiantur. Gregorius.

QUotiens Si aliqua pactio vł conuentio facta ē inter aliquos ne dubitatio ſit in futurum ſuper conuentione illa papa requiſitus debet illam ratam habere ꝓ ſecuritate partiuꝫ. ⁊ capitulo ſequenti dicetur ꝙ ea que promittuntur adimpleri debent. Idem.

Ut noſtrum Ut plene intelligas hãc decretalẽ ſic pone caſuꝫ aliter nõ plene intelligerẽ. Intellexit papa ꝙ cãcellaria medıolanẽſis eccleſie vacauerat vltra annũ ⁊ ſic poteſtas ꝯferendi cãcellariã deuoluta fuerat ad papã vnde ipſe mãdauit archiepõ mediolañ. vt ipſe cõferret cuidã. b. ſubdiacono ſuo ⁊ ſi poſt receptiõnẽ mandati ſui in cõtrariũ faceret illud caſſauit archiepſ receptis lr̃is reſpondit ꝙ cãcellariã nõ ꝯtulerat qꝫ propter grauamia debitoꝝ retinuerat fructus ipſius de qua reſponſione factũ fuit publicũ inſtrumẽtũ. viſ litteris die ſequẽti. R. qd̃ mandatũ do. pape nõ potuit adĩplere qꝫ reſeruatis ſibi ꝑuẽtibus iã. x. menſibus elapſis ꝯtulerat cã cuidã. b. noie: ⁊ de hac reſpõſione fuit factũ publicũ inſtr̃m. Iſta relata ſũt do. pape ⁊ illr̃a oſtenſa. papa vero intelligẽs varietatẽ huiꝰ reſponſiõis ſtatĩ mãdauit archiepõ vt ad p̄ſentiã ſuã mitteret ꝓcuratorẽ idoneũ oſtenſurũ ꝙ ipſe cãcellariã ipſã ꝯtuliſſet pſone idonee ⁊ modo canonico ⁊ tꝑe ſibi competẽtĩ. ⁊ idem. b. veniret vt defenderet ius ſuum ſi vellet. acceſſit procurator archiepiſcopi ⁊ ille. b. qui produxerunt duos teſtes in preſentia pape qui iurati dixerunt ꝙ parum poſt mortem cancellarij archiepiſcopus contulit cancellariam per librum precipiens ꝙ illud eſſet ſecretuꝫ ⁊ vnus teſtis adiecit quod poſt mandatum domini pape eo vidente tradidit ei ſigillũ. alter dixit ſe hoc vidiſſe ⁊ procurator hoc idem confeſſus fuit. papa hoc ĩtelligens mandauit quibuſdam ꝙ ſi poſt ſecundum mandatum ꝑ quod totũ negociũ reuocabaẗ ad curiam ei tradidit ſigillũ talem traditionem decernerẽt eẽ nullã: ⁊ inhiberẽt illi. b. ne ſigillo vlterius vteretur ꝙ factũ fuit

rita ⁊ vacua habeāt ⁊ illi excludūt a ꝯione ⁊ ꝓhibitus fuit vti ſigillo ꝑ hoc intelligit illā ſupra de app.ut noſtꝛ q̄ ē ꝑs iſtius: ⁊ illam debes hic legere in pꝛīcipio:quia p̄cedit iſtā vt pꝫ in antiqua ꝯpilatōe.

¶ Preterea. Ab iſto loco in anna.hēſ i littera que p̄cedunt. Sunt in parte deciſa ⁊ habes allegationes multas ⁊ excuſationes ipſius archieepiſcopi. ¶ Ultimo ꝓponebat dictus archiep̄us:ꝙ cū nullus debeat ſine accuſatōe dāmnari:nec aliquid ſit actum ī dicto negō in forma iudicii teſtes ꝯtra ipm̄ recepti non debebāt ei p̄iudicare: qꝛ hec allegatio ꝑſonā do.pa.tāgere videbat̄ apti⁹ voluit exprimere cāꝫ quare mādauit inquiri ꝺ̄ p̄dictis:ne aliqs crederet ꝙ in iſto fcō ꝑperā ꝓceſſiſſet p̄ſertim cuꝫ ratio aſſignanda illius inquiſitōis debeat eſſe poſteris ꝓfutuā cum ſit cautū in iure ꝙ actore nō ꝓbante reus debeat q̄uis nihil ꝓbꝫ videri poterat ꝙ pa.malicioſe īpoſuiſſꝫ onus ꝓbandi archiepiſcopo ſuꝑ p̄dictis tribus articulis videlicꝫ ut ꝓbaret ꝙ p̄dictā cācellariā ꝑſone idonee mō canonico ⁊ tp̄e ꝯpetenti donaſſꝫ:cā vero inquiſitōis ē cū ei donatio fuiſſꝫ occulta ꝑꝑ quod nō carebat ſuſpitōe ⁊ elapſo āno null⁹ cācellarius appareꝛꝫ merito credebat̄ ꝙ ad papā eſſꝫ donatio deuoluta ſm̄ lateranēſe ꝯciliū ⁊ iō poterat illā ſine culpa ꝯferre: qꝛ pa.de occultis diuinar̄ nō pōt:⁊ p̄ſūptio eāt ꝙ pa.cū ipē prima vice reſpōdēt ꝙ cācellaria nō ꝯtulerit.vnde nō fuit grauamē ſꝫ gr̄a. ꝙ ei ꝯceſſit facultatem ꝓbandi ꝓ ſe. Itē ꝙ de mō canonico fidem ſibi fieri mādauit.ipſe archiep̄s dedit cām illi mandato: qꝛ mādauit ꝑ lr̄as ⁊ ꝓbauit ꝑ teſtes ꝙ retentis ſibi ꝓuentibus officiū illud ꝯceſſerat. vn̄ pa. ꝯtra talē ꝯceſſionē fuit merito ſuſpicatus: ⁊ ideo pa.ex officio ſuo illā inquiſitōem cōmiſit faciendā:cū ad ipm̄ ꝑtineat de ſubditoꝝ exceſſibus inquirere veritatē omnibus p̄dictis diligēter examinatis.papa inuenit archiep̄m culpabilem in tribus circa ꝯtrarietateꝫ reſponſi:cū nullli debuerit ex certa ſcia ꝯtraria reſpondere ⁊ circa carnalitatē animi:qa nō affectu carnali deberet ꝯmittere officiuꝫ illud ⁊ circa inhoneſtatē facti:quia ex pacto vel aliqua ꝯuentōne ꝯmittere non debuit nudum officiū ⁊ retinere ꝓuentus cū hoc in latera.con.ſit ꝓhibitum ⁊ in alio canone repitur ꝙ eccāſtica beneficia ſine diminutiōe ſūt ꝯferenda. vnde circa hoc ē diſtinguēdū vtꝝ ille qui dat bn̄ficiū ſpūale ꝑcipiat ꝓuēt⁹ ante donatōem:ſed ſi alius ex donatione ꝯſequitur ut fructus ꝑcipiat ſymonia ꝯmittitur ſi vero ante donatōeꝫ ꝑcipit ipē ꝓuent⁹ hoc diſtinguendū ē vtꝝ ipē ꝯſtituit an̄ donatōeꝫ ut ex cā neceſſaria retineat ꝓuentus iſtud licitum ē: aut ꝯueniat cū eo q accipit beneficium:vel cum alio mediatore ut retineat ꝓuētus ⁊ ꝯcedat beneficiū iſtō.qdē nō lꝫ ne apiatur via illis q prauitatē ſuam ſtudent palliare. Multa notabilia ꝯtinētur in hac decretali. Cū aliqua preſūptio apparꝫ ꝯtra aliquē debꝫ ſe excuſare ⁊ reddere rōem ſuꝑ hoc vt fecit hic papa. Item actore non ꝓbante reus q̄uis nihil ꝓbet debet abſolui. Itm null⁹ debet ſine accuſatore damnari. Item occulta donatio non caret ſuſpitione: quare non debet valere. Item nemo diuinare tenetur. Item quando preſumptio eſt ꝯtra reuꝫ onus ꝓbandi transfertur in reum: vt hic eāt ꝯtra archiep̄m. ⁊ ideo papa īpoſuit ei onus ꝓbādi ſuper tribus articulis pred ctis. Itē ſuꝑioꝛ ex officio ſuo debet inquirere de inferiorum exceſſibus. Item contraria propo-nēs non ē audiendus. Item carnalitas non debet attendi in beneficijs ꝯferendis. Item in ſpūalibus omnis pactio ⁊ ꝯuentio illicita debet ceſſare. Item beneficia integra ꝯcedi debent: cetera plana ſunt.

De rebus eccle.alie.vel non. Rub.

NOnlicet Per ſe patꝫ.

QUires Olim q dam petebant a regib⁹ res eccl̄ie ⁊ obtineb ant aliquando qꝛ iſtō iniquum erat ſtatuit conciliu lugdunen̄.ꝙ illa que ſupra traduntur ir

¶ Nota hic nõ excuſat auctoritas maioris Jtez donaeio talis irrita ẽ qꝛ ꝑ nõ dato habetur.ꝛc. Jtem punitur quis in quo peccauit.

Con ſenſus. Statuit ↄciliũ tolletanũ: ꝙ ſacerdotes q bona ſua relinquũt eccleſiis aut aq̃ ꝑdia eccleſie ſue acquirunt: poſſunt aliquos de ſeruis eccleſie tradere libertati ſm quantitatem bonoꝝ que ↄtulerunt eccleſie ſm ꝙ canones dicunt. Jta tamen ꝙ cũ peculio ⁊ poſteritate ſua maneant in ſeruicio eccleſie: vtilitatez eccleſie ſm quod potuerũt ꝓſequẽtes.

Epiſcopi qui. Jn capitulo iſto dr̃ ↄtrarium eius quod dr̃ in ꝓcedenti videlz ꝙ epĩ qui nihil de ſuo cõferũt eccleſie libettatem ſeruus eccleſie dare non poſſunt. qnia iniquuz eſt ut qui res ſuaſ eccleſie non ↄtulit damnum inferat eccleſie ⁊ ſucceſſor illius qui hoc fecerit illos ad ius eccleſie reuocabit. Nota ꝙ ſucceſſor reuocare poteſt ⁊ debz ꝙ anteceſſor male alienauit.

Nulli liceat. Quia ꝑlati ⁊ clerici eccleſiaꝝ indifferẽter obligabãt res eccleſie mobiles ⁊ imobiles ꝓpter quod damna multa ꝓueniebãt eccleſiis inſtituit ↄciliũ ꝙ de cetero nullus debet alienare rem immobilem eccleſie ſue ſiue agꝝ ſiue ruſticũ mancipium nec pignori obligare ⁊ alienatõnis verbũ ↄtinet cõditionem: ꝑmutatõez: donatõem: venditõem ⁊ emphiteoticũ ↄtractũ ꝑpetuum: ⁊ ideo omnes ſacerdotes abſtineant ab huiuſmodi alienatõe ꝙ ſi nõ fecerint penas ↄſtitutas leoninas poterunt formidare. ¶ Nota hoc verbum alienatõis large ſumit̃ ꝓ quolibet contracto ſupius nomiato.

Symacus papa.

Si quis presbyteroꝝ. Quia ꝑlati eccãꝝ frequẽter alienabãt bona eccẽ: ⁊ alij ſubſcribebãt in damnũ ecclie. ſtatuitur ſymacus pa. ꝙ ſi aliqs alioꝝ ſubſcripſerit alicui alienãti ꝑdium eccẽ excõmunicetur niſi forte alienator ⁊ qui accepit per reſtõem ſibi celeriter ꝓſpexerit quod ſi non fecerit inſtrm̃ inde ↄfectum non valebit ꝑter penam quam ꝓpter hoc ſuſtinebit ⁊ licitum erit qbuſlbet eccleſiaſticis ꝑſonis ↄtradicer̃ ⁊ male alienata repetere cum fructibus. ¶ Nota ꝙ aliquis poteſt emendare ⁊ corrigere quod in damnũ eccleſie fecit. ſi penam euitare voluerit. Jtem vnus ſolus poteſt reuocare que male ſunt alienata. Alex.iiij.

Ad aures. Quidam de ſiluis eccãrum fecerunt terras arabiles illas extirpando. Querebatur vtꝝ terre ille arabiles facte poſſunt ſub ãnua penſione ↄcedi hereditario iure tenende ab illis vel heredibus eoꝝ: qui labores illo ſuo extirpauerũt. Reſpondz pa. ꝙ bene poſſint alijs ad maiorem vtilitatem eccẽ ↄferri ſub eodem oner̃ ac labore. ¶ Nota ꝙ eccã vtilitatem ſuam ſemꝑ dz facere meliorez ſi põt nec alicui gratiam facere dz. Celeſtinus .iii.

Ut ſuper. Archiepſ rauennas accepit quaſdam poſſeſſiões ſiue redditus a rege aut etiã aliũde ex certis locis in rcompenſatõez deciaꝝ ſubtractaꝝ ⁊ redditus illos ſiue poſſeſſiones retinuit ad vſum ſuum quouſqz diem clauſit extremũ. qſiuit ſucceſſor illi⁹ vtꝝ reddit⁹ illi ſiue poſſeſſiones itelligant̃ ad mẽſam archiepĩ ꝑtinere. Jtẽ cũ ipſe archiepſ teneat̃ iuramento fidelitatis qd̃ fecit apoſtolice ſedi non alienare: de nouo q̃ſiuit vtꝝ de redditibus illis poſſit fieri ↄtractus cuiuſlibet alienatõis. Reſpondz papa ꝙ ſiue intelligant̃ de menſa archiepĩ ſiue nõ nõ dz alienari: ↄcedit tamen pa. archiepõ ut ipe de cõſilio ⁊ aſſenſu fratꝝ ſuoꝝ vel maioris ꝑtis poſſit alienare poſſeſſiões eccle ſue minus vtiles vel ↄmutare ꝓ aliis vtiliorib⁹ habẽdis. ¶ Nota ꝙ archiepĩ ⁊ epĩ iuramẽto tenẽt̃ nõ alienare de nouo poſſeſſiões eccẽ ſi vero poſſeſſiões magis vtiles vellẽt acquirere tunc poſſunt ꝑmutare minus vtiles poſſeſſiones ſuas. Jdem.

Ad audientiã. Quidã de canonicis exonẽſ ec cleſie q̃dã p̃dia ip̃ius eccẽ alijs fri b⁹ i ꝯſultis locauerũt i ppetuũ in dãnũ eccẽ puenit hoc ad noticiã pa. vñ mãdat exoné. ep̃o. quaten⁹ ſi ẽ ita locatões illas ſtudeat r̃ uocare. ſi vero nõ pñt r̃uocari niſi pecuia in de r̃cepta reſtituat. ꝯpellat locatores ad pe cũias reſtituẽdas ꝯductoꝛib⁹. No. ꝙ male alienata in dãnũ eccẽ ſunt r̃uocãda. In. iij.

Poſſeſſiões. Queſiuit archi ep̃s iſte. vtꝝ poſſit alie nare poſſeſſiões ad mẽſaꝫ ſuã ꝉ ca pli ptinẽtes. Rñr ꝙ nõ: Itẽ q̃ſiuit vtꝝ poſ ſꝫ eccãs i qb⁹ mõach⁹ ẽ ꝯceder̃ clicis vꝉ lai cis ⁊ rñr ꝙ nõ. No. ꝙ eccẽ r̃gles ãpli⁹ ſecu lares eſſe non debent. Idẽ

Ad noſtrã. mõaſteriũ ꝯſiẽ. grauatũ ẽ onere ma rio debitoꝝ. pp qð abb. ⁊ ꝯuẽtus ei⁹ deꝫ tali nccitate ducti q̃dã villã ſuã ꝯceſ ſerũt i feudũ cuidã laico tali ꝯditõe apposi ta ꝙ idẽ laic⁹ ſolueꝛꝫ. lxxx. libras. ꝑ qb⁹ ip ſa villa eãt obligata ꝙ ip̃e ñ diſtulit effectui mãcipare. vidẽtes mõaci ꝙ mõaſteriũ ex ta li ꝯtractu enoꝛmiter eſſꝫ leſuꝫ ſupplicarũt hu militer do. pa. ut feudũ ip̃ꝫ ad mõaſteriũ fa ceꝛꝫ r̃uocari cũ idẽ laic⁹ pꝛimo ãno de r̃ddi tib⁹ ip̃i⁹ feudi vltra ſummã pcepit quã pſol uit ⁊ p⁹ modũ ẽt plures ãnos pcepit fructus ei⁹. vnde mãdat pa. qb⁹dã. q̃ten⁹ ſi p̃dictũ mõaſteriũ pp hoc enoꝛme diſpẽſatõeꝫ iuene rit icurriſſe ꝯpellãt d. laicũ: ut p̃dictũ feudũ libeꝝ ⁊ q̃etũ dimittat mõaſterio p̃dicto re cepta pꝛius pecũia a mõacis q̃ꝫ ꝑ vtilitate mõaſterij ꝑ d. feudo dr̃ expendiſſe cũ frcũs pcepti dẽant ſibi ſufficere ꝑ laboꝛe. No. cũ eccã enoꝛmiter ledit̃ i aliquo ꝯtractu debet reſtitui. Ideꝫ.

Cum laicis. Laici q̃tũ cũqꝫ religioſi ſũt nõ habẽt aliquã potẽtiã diſponen di de re. ec. ſꝫ ip̃i i ꝯtrariũ ſciunt ⁊ imunita teꝫ eccãſtice libertatis ipugnant ſuis ꝯſtõib⁹ imo poti⁹ deſtitutiõib⁹ vſurpãdo iuriſditõ nem eccẽ ⁊ ẽt de ſp̃ualib⁹ illicite p̃ſumendo volẽs cõciliũ hmõi grauaminibus obuiare oẽs ꝯſtões ⁊ oĩa alia que faciũt in p̃iudiciũ eccãꝝ decernit cõciliũ penitus nõ tenere. ¶. No. ꝙ laici in p̃iudiciũ eccẽ nihil ſtatue re pñt: ⁊ ſi q̃ incõtrariũ faciũt non tenẽt ⁊ ſic iſtã ꝯſtõem inducas ꝯtra eos.

De pꝛecarijs. Rubꝛ.

Pꝛecarie Lfa. patꝫ.

De precariis

Quidã p̃lati eccãꝝ faciebãt p̃ carios in damnũ eccãꝝ obligã do ſe ⁊ ſuos ſuccõꝛes ſub certa pẽa ſtatuũt ꝯ ciliũ cartaginẽſe ut nullus ſuccõꝛ ſit obligat⁹ i pẽa ſui añceſſoꝛis: ſꝫ ſi anteceſſoꝛ res eccie irrõnabiliter diſtraxit ad ius eccẽ debeat re uocare ¶ No. ꝙ vbi ꝯtract⁹ nõ tꝫ: nec pena ſup hoc appoſita. Itẽ ſucceſſoꝛ non obligat̃ ex ꝯtractu hito in damnũ eccẽ fcõ ab ãteceſ ſoꝛe. Itẽ ſucceſſoꝛ male alienata reuocar̃ dꝫ ad ius eccẽ. Grego. ix.

Pꝛecarium Sic põe caſuꝫ. Ro gaſti me ut rem meã ꝯcederẽ tibi ad vtendũ. Ego p̃cibus tuis ꝯceſſi tibi rem illam pꝛecario volui poſtea reuocare iſtud p̃carium: tu nolebas mihi reſtituere. Queri tur vtrum ego poſſim reuocare ꝛ cum mihi placuerit. Item ſoluitur pꝛecarium moꝛtuo illo cui cõceſſum fuit ſed nõ ſoluitur moꝛtuo illo qui conceſſit. Item ſoluitur pꝛecarium: ſi ille qui conceſſit p̃cariuꝫ alienauerit: quia per talem conuentionem res aliena iuito do mino poſſidere non lꝫ. ¶ Secundo dicitur pꝛecarie que aliquando fiunt de poſſeſſioni b⁹ eccãꝝ nõ debẽt r̃uocari ad volũtatẽ exce dẽtiũ. Nota ꝙ pꝛecañ rircuocatur ꝑ volun tate concedentis. Item contractus qui pꝛe carie nominantur non poſſunt reuocari ad volantatem concedentium: ⁊ ita differentia eſt inter pꝛecarium ⁊ pꝛecarias.

De cõmodato. Rubr.

Gregor.ix.

c Um gratia Ecce ſic pone caſum cõmodaui tibi equum meum vel etiam rē aliquam. Res iſta apud te deteriorata eſt. Querebatur vtrum tenearis mihi. Sup hoc rñdz papa cum aliquis ſce pit ɔmodatũ gr̃a ſui tantum ,pp̄ter ,ppriam vtilitatem ,pcurandam tenetur non ſolum ð culpa lata ⁊ leui ſed de leuiſſimo: verũtamē de caſu fortuito non tenetur niſi p culpam ſuam caſus ille acciderit vel niſi pactum in teruenerit q̄ de pacto certo ⁊ expreſſo in pa cto tenetur vel niſi fuerit in mora in reſtituē do cõmodatum. Secundo querebať vtruz commodatum poſſit repeti ante vſum exple tũ ad quē fuit res commodata. ⁊ dr̃ q̄ ɔtra illũ qui rē ɔmodatā accepit ɔmodati agi nõ poteſt ante vſum completuz: quia decipi be neficio non oportet: ſed iuuari quod eſſz ſi ā te finitum vſum commodatum reuocaret. ¶ Nota q̄ in commodato venit leuiſſima culpa. Item de caſu fortuito quis non teneť niſi in caſibus qui hic continentur. Item in tempeſtiue commodatum non reuocatur. Item decipere alium nullus debet.

De depoſito. Rubr.

g Rauis Ep̄s lũdoñ. q̄dam ſummā pecunie depoſuit penes quē dam canonicum cuiuſdam eccleſie nomine belial ſepe interpellatus fuit ut depoſitum reſtitueret. ſed illud facere denegauit. ſed pecuniam il lam ſurripuit ⁊ aſportauit. vnde ɔqueſtꝰ fu it domino pape de eccleſia illius belial. do minus papa reſpondet non conſtat q̄ illa pe cunia q̄z belial furatꝰ ē in utilitatē eccl'e ſit cõ uerſa. Unde non poteſt canonicis illius eccē precipere ut pecuniam illam reddant cuz nõ fuerit depoſita penes eccleſiam. ſed penes il lum belial. Unde mandat ep̄o ut actionem ſuam dirigat contra illum furem. ⁊ mandat papa quibuſdam ut illum belial ponant in uinculis: ut ſic dictam pecuniam reſtituat. In fine dicit ſi ep̄us poterit amicabiliter ɔ uenire de redditibus illius cum canonicis il lius eccleſie papa ratum habebit: ¶ Nota q̄ eccleſia non tenetur cum depoſitum nõ ſit eccleſie: ſed pſone tamen ſi ta e depoſituz fa ctum alicui de eccleſia ɔuerſum ſit in utilita tem eccleſie tunc eccleſia non actione depoſi ti ſed de in rem uerſo. Item clerici poſſunt poni ad queſtiones ⁊ torqueri quando ſuſpe cti ſunt ⁊ incarcerari. Gregorius nonus.

b Ona fides Depo ſui penes te res meas. res ille amiſſe ſunt ð rebus tuis nihil amiſiſti. queritur an tenea ris mihi ad reſtituendas actione depoſiti. r̄ſpondetur ſi res tue ſalue ſunt ⁊ res depoſi tas amiſiſti. hoc ip̄o p̄ſumitur q̄ bona fides ab eſt circa res depoſitas: ⁊ ita dolus affu it: ⁊ ideo teneť ad reſtituenduz depoſituz ð culpa aut teneť depoſitariꝰ ſi obtulit ſe depo ſito: uł ſi aliquid recepit ,p cuſtodia: ſed de caſu fortuito non teneť niſi pactũ interuenit: vel niſi culpa vel mora p̄ceſſetit caſum. ¶ Secundo queritur vtrum depoſitori li- ceat reuocare depoſitum quandocunq3 vo luerit ⁊ reſpondetur q̄ ſic. Sed ſi depoſi tarius opponeret compenſatõem vel in totũ vel in partem compenſatio non ē admittēda ne contractus qui ex bona fide oritur ad pfi diam referatur. ſed in aliis contractibus bñ admittitur compenſatio ſi ex cauſa ex qua ɔ penſatio poſtulatur liquida ſit ⁊ facilem exi tuz credatur habere. ¶ Nota q̄ ille qui reci pit depoſitum de ſolo dolo tenetur ⁊ in caſi bus duobus hic contentis tenetur etiam de culpa de caſibus fortuitis non tenetur ut in tribus caſibus hic contentis. Item depoſitũ poteſt reuocari quandocunq3 voluerit. Itē arca depoſitũ nõ admittitur compenſatio. Item contractus depoſiti: ex bona fide ori tur.

De emptione ⁊ venditione Rubr.

P p **Placuit** In primis duob' caplis lr̃a pz. Alex.iij.

C c **Cam dilecti:** Abbas ⁊ monochi cari loci emerunt quandam ſiluam que nigrauallis appellatur: a cuiuſdaz canonicis beluac. ignorante capitulo beluac. pro x. libris que tũc valebat. xl. marchas ad petitionem capituli beluac. cauſa fuit cõmiſſa ſuper hoc ep̃o moriñ. ⁊ decano remenſi cuz clauſula: ut ſi vterqz intereſſe non poſſz alter in eodem negocio ꝓcedere non differt ⁊ ſic ep̃s cauſe intereſſe non poſſet decanus in cã ꝓceſſit: ⁊ quia conſtitit ei ꝙ predicti fratres p̃dictam ſiluam minus dimidia iuſti precii comparaſſent. ꝓnunciauit dictam venditionem non tenere: ⁊ ſiluam illam adiudicauit canonicis beluaceñ. etiam eos in poſſeſſiõez ipi' ſilue induxit cauſa iſta per appellatõez ad ſe. ap. eſt dela. dominus pa. auditis allegationibus utriuſqz ptis. ſniam prioris iudicis caſſauit tanquam iuri ꝯtrariam ⁊ precepit ſiluam predictam monachis eſſe reſtituẽdam quia cum res minus dimidia iuſti precii comparatur in arbitrio emptoris eſt an velit contractum reſcindere an iuſtum precium ſupplere ſalua queſtõe canonicis beluaceñ ſuper deceptione precii uel ꝯſeuſu capituli in venditione non habito ſeu alia cauſa rationabili q̃ canonici ꝯtra monachos duxerint ꝓponendã. ¶ Nota ꝙ ſnia iuri contraria non valet. Jtez cum res minus dimidia iuſti precii compatur in poteſtate emptoris eſt ſupplere iuſtum preciuz vel recedere a ꝯtractu ⁊ recipere precium quod dedit Jtem alienatio ſine ꝯſenſu capituli nulla ẽ: ⁊ citra aliquam appellationem.

Celeſt. iij.

P p **Peruenit** Quidã miles. p. nomine q̃dam domũ aſſignauit vxori ſue in donationem ꝓpter nuptias poſtmodum de ꝯſenſu vxoris ſue vendidit domum illaz cuidam mulieri. b. nomie ꝓ certa q̃titate pecunie quo defuncto relicta illius ꝯtrauenire p̃ſumans allegat ꝙ dom' illa ſibi donatõis titulo aſſignata non potuit alienari q̃uis ipſa ꝯſenſerit. p̃dicta. b. reſpondebat ꝙ . xxx. an. ꝯſtante illorum matrimonio bona fide ⁊ iuſto titulo domum illam quiete poſſedit: ⁊ in communes vſus precium domus eſt ꝯuerſum ⁊ tempore uenditionis tantuz habebat in bonis maritus illius mulieris: ꝙ ſibi conſulere poterat. iudex qui de hoc ꝯgnoſcebat conſuluit pa. quid iuris eſſet ⁊ reſpondetur: ſi predicta vera ſunt: dicta. b.. ſup domo p̃dicta non debet vlterius fatigari. ¶ Nota ꝙ res donate in donatõem ꝓpter nuptias ſi ꝯſtante matrimonio alienentur de conſenſu vxoris ſoluto matrimonio tenet alienatio cũ donatio ꝓpter nuptias ſoluto matrimonio ad virum uel eius heredes debeat redire niſi conſuetudo ul' pactum aliud inducat ĩfra de do. inter vi. ⁊ ux. c. vl. Jnno. iii.

A **Ad nostram** Quidã laicus. n. nomine q̃dam q̃titatem pecunie mutuo accepit a quodaz vſurario. m. nomine. creditor ille ne poſſet per canonem contra uſurarios editum in poſterum conueniri recepit ab illo domus quaſdam ⁊ oliua titulo emptionis cum in veritate contractus vſurarius eſſet. Quod patet ex eo ꝙ eſt in ĩſtrumento venditionis expreſſum: vt q̃cũqz a ſeptennio vſqz ad nouenniũ debitor ſolueret creditori ſexaginta vncias tarenarum que vix dimidiam iuſti ptcij contingebant creditor domus ⁊ olinas reſtitueret debitori. conſultus papa an creditor compelli debeat ad reſtituendas domos ⁊ oliuas. Reſpondet papa quia fraus ⁊ dolus al' cui patrocinari non debet. Mandat. qua non obſtante inſtrumentum in fraudem canonis. ꝓmulgati circa vſurarios compellat dictum creditorem ꝑ penam in concilio lateranenſe ſtatutum contra vſurarios ad recipiendas domos ⁊ oliuas ei cui de iure debent reſtitui. ¶ Ex forma contractus apparet quandoqz an contractus ſit vſurarius ⁊ expectatio apparet an contractus ſit vſurariuſ: ⁊ an vera ſit venditio. Jdem.

Cum cauſa Monachi ſancti martini de monte vendiderunt q̃dam caſamenta.f.⁊.r.ciuibus viterbieñ. in qua venditione dicebant monachi q̄ monaſterium deceptum erat vltra dimidiam iuſti precij cauſa ſuper hoc delata eſt ad papã Quia ꝯſtitit domino pape monaſteriũ deceptum fuiſſe in illa venditione vltra dimidiam iuſti precij ſn̄iando decreuit ut p̄dicti ciues aut recepto precio reſtituant poſſeſſiones: aut ſuppleant q̃tum cõſtiterit iuſto precio defuiſſe tp̄e venditionis. Grego.ix.

Si venditori Aliq̄s vendidit rem ſuam ticio. mouet̃ ticio queſtio de re illa ſibi vendita dr̃ hic q̄ ſi ticius non denunciauerit venditioni iudicio inſtituto ꝯtra ip̄m ut rem ſibi venditam defendat: vel ſi ticius cõtũaciter ſe abſentauerit tempore ſn̄ie vel per iniuriam ſn̄ia iudicis lata fuerit ꝯtra ip̄m ꝯtra ſuum venditorem de euictione agere nõ valebit. ¶. Nota hic tres caſus in quibus venditor non tenetur d̄ euict. Clemẽs.iij.

De locato ⁊ ꝯducto. Rub.

Ex reſcripto Dr̃ hic q̄ nullus ſcholaris: nullus magiſter ꝯducat hoſpicium alioꝝ infra tempus ꝯductionis ſine licentia inquilini: niſi prius tempus ꝯductionis elapſum fuerit: qui contra fecerit excommunicatõem incurret. Inno.iij.

Veſtra nobis Quidam ep̄i ſtatuerunt q̄ nullus deberet locare fructus decimaꝝ ſuarũ ad firmã niſi p̄rochialibus p̄ſbyteris: ꝑpter iſtõ ſtatutum eccleſiaſtice non modicum ledebantur. vnde monachi iſti petiuerunt a domino papa ſup̄ hoc ſibi ꝓuideri: ſuper hoc ſcribit papa monachis illis q̄ non obſtante contrario ſtatuto ep̄oꝝ poſſint locar̃ fructus decimaꝝ ſuaꝝ p̄ſonis illis cum quibus conditõem eccleſie potuerunt facere meliorem. ita tamen q̄ iſta locatio non extendatur ad feudum uł alienationem. ¶ Nota q̄ fructus decimaꝝ ⁊ aliaꝝ rerum ſp̄ũalium poſſunt locari ⁊ vẽdi ⁊ obligari lꝫ res ex quibus ꝓueniũs ꝓ̃ceſ pcipiuntur alienari non poſſuuttiſti ꝓuent⁹ nõ poſſunt dari in feudum vel alienari ꝑpetuo. Grego. iij.

Propter Ecce locaui alicui p̄dium meum p certa penſione annuatim reddẽda ſterilitas magna contigit: ⁊ ſic magnum damnum dedit ꝯductori ſine culpa ſua: vicio tamen ip̄ius rei ſeu caſu fortuito. Queritur vtꝝ colonus totam teneatur ſoluere pẽſionem. Reſpondet papa q̄ penſio remittenda eſt p rata: niſi ſterilitas poſſit ꝯpenſari: cum vbertate precedentis vel ſequentis anni ¶. Secũdo queritur vtrũ locator poſſit expellere inquilinũ de domo inuitum. Reſpõdetur ſi mõ immineat neceſſitas que non imminebãt tempore locationis locator inuito inquilino poterit domum inhabitare ⁊ inquilinum expellere vel ſi ex refectione indigꝫ q̃ ñ iminebat tempore locatõis: remiſſa ſibi penſione ꝓ reſiduo tempore. Item ſi inquilinus ꝑuerſe moratur ibidem inde poteſt ãmoueri vel ſi non ſoluit canonem per biennium: nec ſibi celeri ſatiſſactione ꝓuidit poteſt expelli. ¶ Nota in quatuor caſibus inquilinum expelli.

Potuit Eccleſia dedit rem aliquã alicui in ẽphiteoſim. iſte emphiteota meliorauit rem illam. Queritur vtrum poſſit vendere ſuas meliorationes. Reſpondetur quod emphiteota debet primo requirere eccleſiam ſi velit emere ius ſuum ⁊ debet dñũciare illi q̃tum poteſt habere ab alijs ⁊ ſi dixerit ſe nolle emere tunc poteſt ius ſuum vẽdere: vel ſi nihil dixerit debet expectare eccleſiam p duos menſes quibus elapſis poterit emphiteota vendere alijs ſuas meliorationes: qui ab huius emptione nõ ꝓhibentur ⁊ ſi ꝯtra fecerit vel per biennium in ſolutiõe penſionis ceſſauerit licite poteſt expelli niſi

celeriter poſt biẽniũ ſatiſfecerit: nõ obſtante ꝙ ei nõ fuit denũciatũ: qꝛ tempus in hoc caſu ipm̃ interpellat. ¶ Nota ꝙ emphiteota ſp dꝫ denũciare domio ſi vult vendere ius ſuum alias cadit a iure ſuo. Jtẽ ſi ꝑ biẽniũ nõ ſoluit canonẽ. Jtẽ nihil põt moꝛa purgari. Jtem tẽpus eſt hic ꝓ admonitione.

De rerũ ꝑmutatione. Rubꝛica.

SJ princeps Queſitũ fuit in cõcilio vtrũ ecclia poſſet rẽ imobilẽ permutare cũ pꝛincipe: ſtatuit cõciliũ ꝙ ſi pꝛinceps voluerit ꝑmutare rem imobilem cũ ſanctis locis: ab eis rẽ aliã accipere ⁊ de cõi voluntate ꝑmutationẽ facere hoc licitũ ſit dũmodo cã ratiõabilis hoc exposcat ⁊ res quã princeps pꝛeſtiterit maioꝛ fuerit vel ſaltẽ equalis: ⁊ ſuper hac ꝑmutatione pꝛincipis ſanctio ꝓmulgeť. ſequẽs. c. ſatis per ſe patet.

MAncipia Queſitũ fuit in cõcilio iſto vtrũ mãcipia eccarũ poſſunt ꝑmutari cũ mãcipijs laicoꝝ: ſtatuit cõciliũ ꝙ mãcipia eccleſiaſtica ꝑmutari nõ debeant niſi ad libertatẽ: ita videlicet ꝙ mãcipia q̃ dantur ꝓ mãcipio eccleſie ꝑmaneãt i ſeruitute eccleſie ⁊ mãcipiũ ecclie i libertate ꝑpetua maneat: qꝛ quod ſemel deo dedicatum fuit ad humanos vſus redire non dꝫ. No. ꝙ res ecclarũ ad ſeculares vſus redire non debẽt

JNiuſtum Jdẽ dñi c. iſto qð i pꝛimo. ſ. ꝙ mãcipia q̃ fideles deo ⁊ ſcis eccleſijs ꝓ remedio aiarũ ſuarũ cõtulerũt occõe alicuiꝰ cõmutationis in ſuitutẽ ſecularium iterũ non redigantur. qꝛ ut canon dicit ſui fugitiui ſolũmodo diſtrahi poſſũt: elemoſina eni vnius peccatũ alteriꝰ fieri nõ dꝫ nec ad hũanos vſus ſuus eccẽ redire dꝫ.

Urbanus tertius.

QUeſitum Jn concilio turoñ. ſtatutũ fuit ꝙ cõmutatio dignitatũ fieri nõ deberet queſitum fuit a papa vtrũ commutatio pꝛebẽdarũ fieri poſſit cũ hoc in conſilio non fuerit ꝓhibitũ: vnde videbatur pmiſſũ reſpondet pa. generaliter verũ ẽ ꝙ cõmutatio pꝛebẽdarũ fieri non põt ꝑcipue aliq̃ pactione ꝑmiſſa q̃ i ſpiritualibꝰ vel ſpũalibus adnexa ſymoniacã continet pꝛauitatẽ. Si vero eps cãm viderit neceſſariã poterit de loco ad locũ transferre pſonas ¶ Nota ꝙ ꝑmutatio tã in pꝛebẽdis q̃ꝫ in dignitatibꝰ ẽ ꝓhibita. Jtẽ in ſpiritualibus oĩs pactio illicita repꝛobatur. Clemens tertius.

ADqõnes Due conuẽtuales eccleſie ↄſtitute erant i dioceſi iſtius epi vtraqꝫ illarũ hẽbat eccliaꝫ pꝛochialẽ cũ poſſeſſiõibꝰ ſuis: vtraqꝫ pꝛochialꝭ eccã magna erat vicina alteri q̃ꝫ illi cui erat ſubiecta: iſte ↄuẽtuales eccẽ volebãt adinuicẽ ꝑmutare illas pꝛochiales ecclias. ſꝫ altera pꝛochialis pluribꝰ poſſeſſiõibꝰ habũdat ⁊ iõ ↄuẽtualis eccã ſubeſt: poſtulat ſibi adijci certã pecunie quãtitatẽ ut ſic ↄtractꝰ ꝑmutatõis poſſit ad equalitatẽ ꝑduci: q̃rebať vtrũ licite fieri poſſit. rñt pa. ꝙ vnus ↄtractuſ fiat de pꝛochialibus eccleſijs ꝑ ſe ⁊ alius ↄtractus de poſſeſſiõibꝰ fiat ꝑ ſe: ⁊ ſi rõe poſſeſſionũ vna eccleſia ꝑfertur alteri ab alia certa ſibi pecunie quãtitas adijciať: ita ꝙ ↄtractꝰ ſibiĩuicẽ nullatenus miſceãť. ¶ No. ꝙ ꝑmutatio tꝑaliũ ⁊ ſpũaliũ adiuicẽ fieri nõ pt. Sꝫ ſpũalia inter ſe recte ꝑmutari pñt. Jnno. iij.

CUm olim Mgr̃. ſ. archidiaconuſ ⁊. b. ꝓpoſitꝰ adiuicẽ ſuaſ dignitates ꝑmutauerũt ꝓpꝛia temeritate. oꝛta fuit poſtmodũ ſup ipſa ꝑmutatiõe qð iter eos ꝓpter qð ꝑtes acceſſerũt ad papã. Jn cuiꝰ p̃ñtia mgr̃. ſ. ſpõte fuit ↄfeſſus de ꝑmutatiõe ſed. b. ꝓpoſitus ↄficiebať oĩo: dicẽs ꝙ ipe ꝓpoſiturã ſuã ſine aliqua ↄditiõe reſignauit ⁊ poſt reſignatiõem ꝑdicti magiſtri archidiaconatũ ipſius fuerat aſſecutus. Papa auditis hinc inde ꝓpoſitis ↄſtitit ei ꝙ dictus. b. ꝑmutationi ↄſenſit: ⁊ ꝑdictus mgr̃ publice fuit erroꝛẽ ſuũ ↄfeſſus: vnde vtraqꝫ ſua dignitate ꝑ ſniam diffinitiuã pꝛiuauit. ¶ Nota

ꝙ q dignitates vl' bñficia auctoritate ꝓpria
ꝑmittāt dignitatibus ⁊ prebēdis sūt priuā
di. Itē ꝯfeſſus ī iure ꝓ ꝯuicto hētur. Itē cū
ſpōte cōfeſſo nō agit̄ mitius ꝙ̄ cū cōuicto. ſꝫ
hoc forſitā ſit ꝓpter ꝯnexitatē. Idem.

Cum uniuerſoꝝ. S. cano
nicus ſci iohāis. ⁊
l. clericus ceꝑunt inter ſe tractar̄ ꝺ
ꝑmutatiōe ꝑbendaꝝ ſuarū ꝙ̄ ꝑmutationem
credebant ſibi expedire. S. canonicus ꝑbē
dam reſignauit illi. l. dictus. l. cōtulit eā con
ſanguineo ſuo: ſed ſuam prebēdam ſicut ꝓ
miſit noluit reſignare. ⁊ ſic dictus. g. ſpe ſua
fruſtratus remanſit. ſuꝑ hoc corā leodinē̄
ep̄o fuit diutius litigatū: tandē dictus. l. ap
pellauit ad papā. ſed dictus. g. ad ſe. apoſt.
acceſſit dictus. l. nec iuit nec miſit. dictus. g
predicta expoſuit do. pa. vnde ſuꝑ hoc ſcri
bit papa quibuſdā dicēs. Cū ergo deceptis
⁊ nō decipiētibus iura ſubueniunt quāuis
ip̄i non poſſent de iura beneficia eccleſiaſti
ca ꝑmutare ut ſimplicitati venia tribuatur.
Mandat quatenus ſi ꝯſtiterit taliter fuiſſe
deceptum ꝯſanguineus illius vel alius illici
tus detentor āmoueatur ⁊ eam reſtitui faci
ant dicto. g. ¶ Nota ꝙ permutatio preben
daꝝ nō pōt fieri a poſſeſſoribus ꝑbēdarum
Itē ſimplicitati ſubueniēdum eſt. Itē dece
ptis ⁊ non decipientibus ſubueniēdū eſt.

Grego. ix.

Exhibita Inter ab
batē ⁊ ꝯuen
tum. ſ. martini de pānonia ex vna
ꝑte ⁊ ꝑpoſitū albenēſeꝫ ex altera ſuꝑ quibuſ
dam decimis qō vertebat̄. cā ſuꝑ hoc cōmiſ
ſa fuit cuidā capellano dñi pape i vngaria
ꝯmorāti: tandē ſuper qōne illa cōpromiſſuꝫ
fuit vtrūqꝫ in dictū capellanū ⁊ mgr̄m. M
tanꝙ̄ in arbitros qui taliter arbitrati fuerūt
ꝙ ſi dictus prepoſitus obtinere poſſet a re
ge vngarie decē milia ſolidoꝝ regaliū cōce
di monaſterio predicto. monachi ceſſarēt a
petitiōe deciarum monachi dubitātes for
ſitan an tal' permutatio valeret. ſignificaue
rūt hoc domio pape. vnde mandat qbuſdā
quatenus ſi conſtiterit de premiſſis: tale ar
bitriū decernāt irritū ⁊ ianeꝫ ⁊ qcqd ſecutuꝫ
eſt ex eo. vel ob id cū permutatio debet ſpi
ritualibus ad tꝑalia ſit inhibita. ¶ Nota tē
poralia cum ſpūalibus ꝑmutari non poſſe.
Item ſi pricipale non tꝫ nec acceſſorium. vl'
ꝙ ex eo eſt ſecutū. Innocentius. iij

De feudis Rubrica.

Insinuatiōe
Ep̄s manueñ. recepit in pig
nus quaſdaꝫ poſſeſſiōes ab
M. ꝑ quadā pecunie q̄nti
titate quā mutuauit eidē quas dictus. M.
ab ecclia manneñ. tenebat i feudū. q̄rit̄ vtꝝ
ep̄s licite retinere gāgeriā predictā fructibꝰ
non cōputatis i ſortē quādiu ſorteꝫ reſtitue
rit totā: ita tamē ꝙ quādiu fructus illos rece
ꝑerit nō cōputādos ī ſortē. dictus. M. a ſer
uitio quo ecclie illi ꝑ feudo ip̄o tenet̄ interiꝫ
ſit imunus. ¶ Nota hic cāum i quo nō ꝯmit
titur vſura recipiēdo aliqd vltra ſortē. Idē.

Ex parte Archiepus
mediolañ. fecit
tres qōnes do. pa. Vaſallus eccie
deceſſit feudū ꝙ ab eccā tenebat deuolutuꝫ
eſt ad ip̄m. q̄ſiuit utrū feudū illud liceat alij
dare: nō ob. iuramēto quo tenet̄ nō ifeudar̄
de nouo romāo pōtifice iconſulto. Secun
do q̄ſiuit ecce vaſallus aliēauit feudū ꝙ ab
eccā tenebat ſine licētia dñi ⁊ ſic amiſit feu
dū vtrū poſſit filiū illius uel cōſanguineū cō
ſortē eiuſdē feudi inueſtire de illo. Tertia
qō eſt taliſ vaſal. eccē alienauit feudū quod
ab eccā tenebat. Eccleſia nō pōt feudū illud
de facili recupar̄: q̄ſiuit vtrū feudū illud re
cuꝑet ⁊ ab eccā recognoſcat ad quālibet qō
nem reſpondet quod licite feudū illud cōce
di pōt. ¶ No. ꝙ iuramētū illud de nō infeu
dādo de nouo non extēditur ad feuda anti
qua ſed de illis tātū q̄ nūquā fuerūt feuda:
ſed ab eccā poſſeſſa.

De pigno. ⁊ alijs cautionibꝰ. Rubri.

Nullus Iſta duo
c. ꝑ ſe patēt.
Alex. tertius.

Ex preſentium

Sacerdos eccleſie de officioſa ꝑ ſua ꝓpria neccitate obligauit calicē argēteū ⁊ medietatē vnius breuiarij eiuſdē ecclie et morte preuētus ea nō recupauit filiꝰ illiꝰ defuncti requiſitus ꝑ ſucceſſorē vt res quas pꝛ obligauerat recolligeret facere noluit. vnde ſacerdos cōqueſtus ē dn̄o pape. vnde mandat epo exoñ. quatenus ſi verū ē ꝙ aſſerit̄ ſiliū illius q ſucceſſit eidē cōpellat vt res p̄dictas recolligat ⁊ eccleſie reſtituat ſupradicte qꝛ idignū ē vt res eiꝰ taliter debeat depire. Nota ꝙ prelatus eccē nō pōt obligare bona eccē ꝑ ſuo ꝓprio fcō ꝙ ſi fecerit ſūt heredes illius reſtituri. itē bona illius tacite ſūt obligata eccē ꝑ facto rectoris. itē filius heres cōuenit̄ ex ɔtractu defuncti. Innocē. iij.

Illo vos. Henricꝰ ⁊ B. eius fr̄ filij. g. de coſa receperūt. xxiij. libras mutuo a quadā muliere. g. noīe ⁊ ab heredibꝰ ſuis filia tebaldi ꝑ qua pecūia obligauerūt ei quaſdaꝫ terras ipſoꝝ. ſꝫ cū dicta mulier terras illas reſtituere nollet ipetrauerūt lr̄as ɔtra ipam ad quoſdā iudices corā qbꝰ petebāt terras illas ſibi reſtitui. ex aduerſo petebat̄ ex pte mulierīſ ꝙ terras illaſ ñ tenebat̄ reſtituer̄ cū pignori obligate nō eēnt ſꝫ pure vendite. ſ. ꝙ in inſtr̄o inde ɔfecto ɔtinet̄. h. ꝑ ſe ⁊ fr̄e ſuo dicebat terras illas nō eſſe vēditas ſꝫ pignori obligatas qꝛ in iſtr̄o venditiōis talis erat adiecta ɔditio vt a tpe ɔtractꝰ vſqꝫ ad duos ꝓximos ānos p̄fato. t. p̄re ipſius mulierīſ emptio diſpliceret. g. pr̄. h. abinde vſqꝫ ad vnū ānū ſolueret. xxiij. libras fructibꝰ pceptis in ipſis computatis. Judices dubitauerūt vtꝝ pura ⁊ abſoluta eēt venditio an cōtractus pignoraticius iudicari deberet. ɔſultus pa. r̄ndit ꝙ qualiſcūqꝫ fuerit intētio contrahētiū ⁊ ex forma ɔtractus nō appet vēditio cōditionalis ſed pura quāuis ꝑ conditionē poſſit reſolui tantū ex duobꝰ q̄ in inſtr̄o cōtinētur: videlicet ꝙ fructus pcepti in ſoluēda pecunia debeāt cōputari ⁊ ꝙ vltra ſortē tres libre debeant perſolui circa ipſuꝫ emptorē preſumitur vehemēter maxime cū ipſe cōſueuerit exercere vſuras. ¶ Nota cū dubitatur de intentiōe ɔtrahentiū forme cōtractus ſtandū eſt. Itē cum aliquid vltra ſortē pcipitur vſura preſumit̄. Itē cōtra eū preſumitur qui vſuras recipe cōſueuit. ¶ Idem.

Ex litteris Quidam ſpoliauit quēdā mercatoreꝫ ⁊ vulnerauit grauiter ⁊ ſic aufugit de terra iuſticiariꝰ regis cepit fratrē ⁊ vxorem illius malefactoris ⁊ de mandato ipſius. o. ⁊ bona illius diſtracta fuerunt ⁊ pecunia ſoluta fuit mercatori qui ſpoliatus fuerat ⁊ vulneratus a marito illius mulieris. Sed quedā poſſeſſiōes minute remanſerāt quas frater illius malefactoris retinuit de mandato iuſticiarij qꝛ ēptor aliꝰ non inueniebatur: vnde cū mulier illa dote ſua ꝓpter maleficiū inde fuerit ſpoliata impetrauit lr̄as ad iudicē cōtra fratreꝫ mariti ſui qui quedā bona mariti poſſidebat coraꝫ quo petebat dotē ſuā ſibi reſtitui vel ſaltem mitti in poſſeſſionē bonorum mariti que ille poſſidebat ipſe. R̄ñbat ꝙ bona illa retinuerat de neccitate iuſticiarij ſoluta ꝑ eis pecūia mercatori ꝓut ſupiꝰ ē varietatū: ⁊ hec oīa ꝓbauit corā iudice. dubitabat iudex quid iuris eſſet. ⁊ papa cōſultus reſpondet ꝙ ſi ɔſtiterit ei ex his que in preſentia ꝓpoſita. ſunt ⁊ probata qð mulier tātū dediſſet viro i dotē quātū ipſa pecunia cōdemnet fr̄em mariti ſui eidē ad reſtitutionē dotis in tātū quātuꝫ de bonis mariti noſcitur poſſidere qꝛ mulieribus fauor multus debet̄ in dotibꝰ recuperandis ⁊ iure ciuili cauetur ꝙ propter maleficium iuri mulier remanere non deberet indotata ⁊ quia bona mariti obligata ſunt vxori pro dote ſua ⁊ ad quēlibet tranſeunt cū ſuo onere. ¶ Nota ꝙ mulieribꝰ fauor multus debetur in dotibus ſuis. itē propter maleficiū viri vxor dotē ſuā non debet dimittere. itē res tranſit ad aliū cuꝫ onere ſuo: quia omnia bona mariti tacite ſunt obligata vxori Idem.

Cum contra. Quidā homine laurē

tius quandã pecunie quantitatem recepit a
quodã creditore ꝓ qua pecunia obligauit ei
quaſdã poſſeſſiões tpe ꝓcedẽte mortuus eſt
creditor ille heredes creditoris illiuſ poſſeſſi
ones illas obligauerũt.g.ciui anagmẽſi mor
tuo poſtmodũ laurẽtino debitore.r.de mon
te fortino ſilius illius in preſentia dñi pape
mouet qõem ſuꝑ poſſeſſiõibus p̃dictis ꝯtra
dictũ.g.ciuẽ auagmẽſeꝫ dicẽs ꝙ fructibꝰ il
larũ tantũ fuerat ꝑceptũ tũ ab ipſo.g.tuꝫ ab
alijs quibus poſſeſſiões ille fuerãt obligate:
ꝙ fructus illi ſorti poterant adequari: vnde
petebat illas poſſeſſiões ſibi reſtitui.ad hoc
ꝓbandũ ſuas ꝓbatiões induxit do.pa.con
ſiderans ꝙ in talibus fructuſ ꝑcepti debeãt
cõputari in ſortẽ ⁊ ſi qui vltra ſortem ꝑcepti
ſint reſtitui vidẽs etiã ꝙ fructus illarũ poſ
ſeſſionũ extenuaſſent ⁊ anullaſſent totum de
bitũ decreuit poſſeſſiões illas reſtituendas
dicto.p.⁊ incorporalẽ poſſeſſionũ illarũ ip
ſum fecit induci. ¶ Nota ꝙ fructus pigno
ris debẽt in ſortem computari a quocũqꝫ ꝑ
cepti ſint. Jtẽ pignus põt repeti a quocunqꝫ
poſſeſſore ad quã ꝑuenit. Jdem.

SJgnificante Quidã ciuis piſanus.r.noie accepit mutuo
ccl.libꝛ.a.g.ciue piſano ꝓ qua pecunia obli
gauit quãdã domuꝫ ⁊ ꝓmiſit ei p̃ſtito iura
mento ꝙ niſi domum ipſam recolligeret ter
mino conſtituto vlterius creditorẽ ſuper ea
non moleſtaret.ſed dictus.r. infra tempus
ſtatutum per certum ⁊ fidelem nuncium vbi
credebat pecuniam numerataꝫ creditori re
miſit.ſed nuncius ille perfide agens pecuniã
illam ſicut iniunctum fuerat non perſolnit ⁊
poſtmodũ idẽ.r.ab ĩꝑatore detẽtus credito
ri ſatiſfacere non potuit vt debebat ſed poſt
modum ab imperatore liberatus pecuniam
ſoluere voluit creditori ⁊ ipſe eam recipere
noluit quia non fuerat in termino perſoluta
vnde dictus.r.ſignificauit domino papeꝰ ſu
per quo ſcribit quibuſdam dicens. Cum er
go pactum legis cõmiſſorie ſit in pignoribꝰ
improbatuꝫ.⁊ prefatus.r.quoniã in eo fuit
iuramentum ſeruauit: quia per eum per cer
tum nuncium eſſe credebat pecuniam remi
ſit in termino conſtituto. Mandat papa
quatenus ſi eſt ita predictum creditorem ec
cleſiaſtica cenſura compellãt vt ſorte ſua cõ
tentus penſionibus illius domus computa
tis in eam domũ prefato reſtituat debitori
pacto tali vel iuramento nequaq̃ obſtãte.
¶ Nota ꝙ pactum commiſſoriũ in pigno
ribus appoſitum non obſtat quo minus pi
gnus reſtituatur niſi iuramentum interueniſ
ſet. Jtem iuramentum in caſu iſto preiudi
cat legi cum ſine periculo anime poſſit ſerua
ri. Gregorius.ix.

CUm conſtet Quidã fecit teſtamẽtum ⁊ in teſtamento illo
reliquit proprietatẽ bonoꝝ ſuorũ marie vx
ori.L.vſumfructũ vero.J.matri ſue vxori
ogerij.Maria proprietaria mortuo teſtato
re petebat ab.J.vxore ogerij preſtari ſibi
idoneam cautionẽ ꝙ ipſa vteretur ſalua re
rum ſubſtãtia in rebus mobilibus ad arbi
trium boni viri. Mandat papa quibuſdaꝫ
quatenus compellãt ipſum ad cautionẽ pre
ſtandã idoneã ꝙ ipſa vtatur fruatur rebus
ĩmobilibus ad arbitrium boni viri que vſu
non conſumantur pecuniã ſi quam habuit
vel habebit ⁊ extimationem aliorum bono
rum que vſu conſumuntur ⁊ in hereditate i
uenta fuerunt poſt morteꝫ ipſius reſtituat di
cte marie vel heredibus eius. ¶ Nota ꝙ vſu
fructuarius tenetur preſtare cautionẽ ſ̃m ꝙ
hic dicitur alias repellitur vt quidã dicũt.
Lucius tertius.

De fideiuſſoribus. Rubrica.

PEruenit Quidã clerici.C.⁊.f.anglici receperunt
quandam quãtitatem pecu
nie mutuo a quibuſdã mer
catoribuſ bononiẽ.quidã clericus.r.nomine
fideiuſſit pro dictis clericis apud mercato
res.vnus per fidem ſuã ⁊ alter ꝑ iuramẽtuꝫ
ꝓmiſit ad terminum conſtitutum ſoluere pe

cuniam. ¶ Sed illis pecuniam non ſoluen
tibus dictus.r.clericus ſatiſfecit creditorib⁹
de eadē. vnde conq̄ſtus fuit dn̄o pape: ſcrī
bit papa ep̄o elien̄. ⁊ archidi. noruuicenſis
dioceſis ne dictus.r. diſpēdiū patiat̄ vnde
dȝ premiū obtinere. mandauit pa. bon̄ ep̄o
vt inſpiciat inſtr̄a ſuꝑ debitis illis que ſunt
apud creditores ⁊ coꝝ tranſſcripta ſub ſigil
lo ſuo ſignata mittat iudicib⁹ iſtis manda
eidē quatenus ſi ꝑ cōfeſſionē predictoꝝ cle
ricoꝝ uel alias eis cōſtiterit rē taliter ſe hēre
moneāt illos ⁊ cōpellāt ut predicto.r. pecuni
am quā pro eis ſolū reſtituāt ⁊ ip̄m cōſeruēt
indēnem. Alioqui de redditibus coꝝ debi
ta ipſa ꝑſolui faciāt ⁊ dāna illa r̄ſarciri aut
redditus illos ſibi aſſignent tā diu detinen
dos donec de ipſis ei fuerit ſatiſfactū. prete
rea ſi ꝯſtiterit predictos clericos religionē fi
dei ⁊ iuramēti ſui violaſſe eos ab officio et
beneficio ſuſpendāt. ¶ Nota ꝙ nō dȝ quis
dānū ſentire vnde premiū meret̄. Itē cū oī i
tereſſe ſatiſfaciēdū eſt fideiuſſori. Itē q vēit
cōtra fidē promiſſā ut punit̄ ſicut veniēs con
tra iuramentum. Idem.

COnſtitutus Cancellari

us cantuarieñ quandā quantitatē
pecunie a creditoribus bononieñ ꝑ qua pe
cunia magiſter ſimō fideiuſſit ⁊ qꝛ cancella
rius pecuniā non ſoluebat: moleſtias plures
dictus magiſter a creditoribus ſubſtinebat
⁊ debitū fuit augmentatū: vnde dictus mgr̄
cōqueſtus fuit dn̄o pape: vnde mādat archi
epiſcopo cātuarieñ. quatenuſ ſi legitime ſibi
de huius aſſertiōe cōſtiterit prefatum cancel
lariū moneat ⁊ cōpellat eccleſiaſtica cenſura
ut predictū mgr̄m ab interceſſiōe ⁊ obligati
one abſoluat ⁊ ſi debitū uel acceſſiōes force
negauerit iuramentū calūnie ſubire cogat̄ n̄
obſtante contraria ꝯſuetudie ⁊ quia diffici
le foret dicto magiſtro teſtes ſuos in angliā
ducere: mādet iudicibus bonoieñ. ut teſtes
quos idem magiſter inducere voluerit vice
ipſius archiepiſcopi recipiant ⁊ examinent
diligenter: ⁊ depoſitiones tranſmittant ſub
ſigillis illoꝝ incluſas ſignificantes quanta fi
dēs teſtibus ⁊ inſtrumentis poſſit haberi ip
ſi cancellario prius iniūcto vt ad teſtes vidē
dos vadat vel mittat. ¶ Nota ꝙ debitor
tenetur liberare fideiuſſorem ab obligatiōe
in qua diu ſtetit. Itē iuramētū calūnie pre
ſtari debet nō obſtante cōtraria cōſuetudie
Itē iudex qui teſtes recipit vice alterius ei
dem ſignificare quanta fides illis ſit adhibē
da. Innocē.iij.

QUod quibuſdam

Quibuſdā religioſis fuit ꝓhibitū
ne fideiubeant pro aliquo ſine licētia ſui ab
batis ⁊ conuentus vel maioris ꝑtis hanc ꝓ
hibitionē extendit ꝯſiliū generale ad oēs re
ligioſos ⁊ ꝓhibet ne aliquis pecuniā mutuo
accipiat vltra ſūmā a capitulo ꝯſtitutā: ali
oquin non teneatur conuentus pro talib⁹ re
ſpondere niſi pecunia illa in vtilitatē mona
ſterij ſit conuerſa: ⁊ de hoc legitime cōſtet et
qui contra hoc fecerit grauiori diſciplie ſub
iciat̄. ¶ Nota ꝙ monaſteriū nō tenet̄ ex con
tractu monachi niſi in vtilitatē eccleſie ſit cō
uerſum. Gregorius.ix.

QUam Pro quo obligaſti

t. fideiuſſorio nomine q̄
ritur vtrum fideiuſſor poſſet agere
contra principalē debitorē vt eum liberaret
ab obligatione. Reſpondet papa ſi debitor
diu ceſſauit in ſolutione debiti: vł ſi diſſipa
re incipit bona ſua: aut ſi condēnatus fuiſti
recte agere poteris cōtra ipſum vt te liberet
a fideiuſſione ⁊ ſic i tribus caſibus pōt fide
iuſſor agere anteq̄ȝ ſoluat.

De ſolutionibus. Rubrica.

Alexander.iij.

Littera ſequentis.c.pȝ. Grego.ix.

SIgnorūdā

Quidā prelati eccleſiarum
obligabāt eccleſiā ſuā ꝓ de
bitis alienis: concedebāt eti
am litteras vel ſigilla vt pecuniam recipent
cum ſigillis ipſoruȝ prelatoꝝ. precipit papa
quod de cetero iſta fiant: decernēs eccleſias

non teneri ſi ſecus fuerit attẽptatum ad ſolu
tionem taliũ debitoꝝ. ⁊ ſi aliquis prelatus
contra hoc venire preſumpſerit ab admini
ſtratione nouerit ſe ſuſpenſum. Nota ꝙ con
tractui prelatı̃ non tenentur eccleſia niſi ver
ſum ſit in vtilitatem ipſius. Itez prelatus q
obligat eccleſiam ꝓ alienis debitis ſuſpen
ſus eſt facto ab adminiſtratione tẽporaliuz
⁊ ſpiritualium. Idem.

O **Odoardus** Odo
ard⁹ cle
ricus obligatuſ erat. ꝓ. clerico. ⁊. d
laico ⁊ quibuſdã alijs in quadã quantitate
pecunie: ipſi conuenerunt ipſuz odoardũ co
rã officiali archidiaconi remẽſis: ipſe confeſ
ſus fuit debita illa. ſed propter inopiã ſolue
re non valebat officialis nihilominus excõi
municauit eumdẽ. quare cõqueſtus fuit dño
pape: mandat papa quibuſdaz ꝙ ſi conſtite
rit ꝙ idez. o. non poſſit ſoluere debita predi
cta in totum vel in partẽ ſniam ipſam debe
ant relaxare ſine aliqua difficultate recepta
prius ab ipſo predicta cautiõe quod ſi ad
meliorẽ ſtatũ peruenit debita ipſa perſoluet
¶ Nota ꝙ qui ſoluere vel ſatiſfacere nõ po
teſt: non eſt excõicandus. Sed preſtet predi
ctã cautionẽ quod ſoluat quãcito poterit.
Idem.

I **Si qui** Aliquis credẽs
ſe teneri alicui cre
ditori ſoluit ei pecuniã. videns po
ſtea ꝙ ei non tenebatur qꝛ plene ſatiſfecerat
ei repetebat pecuniam indebite ſolutã. que
ritur quis debeat ꝓbare ꝙ indebita fuerit
illa pecunia. Reſpõdetur ꝙ ille qui dicit ꝙ
indebite ſoluta dꝫ hoc ꝓbare niſi ille nega
ret ſolutionẽ ſibi factã tunc ſi ei probetur ſo
lutionẽ ſibi factam ipſe qui cõuenit debet ꝓ
bare quod pecuniã debitam recepiſſet. No
ta qui recipit indebitum ſolutũ illud debet
probare. Item qui negat ſolutionem ſibi fa
ctã ſi de hoc conuincatur in eum tranſſertur
onus probandi quod debitũ recepit. g.

De donationibus. Rubrica.

P **Prudentes** Si
nobi
lis homo ſpõte donet aliqd
alicui extimare dꝫ ſe hoc te
neri: ⁊ hãc legẽ ſibi dꝫ ipone
re ꝙ niſi amplius fecerit ⁊ creuerit i bñficio
nil credat ſe feciſſe. Alex. iij.

F **Fraternitatem**
Eps parieñ. predeceſſoꝛ iſtius gra
ues fecit donatiões de rebus epatus i detri
mẽtũ eccẽ i conſultis canonicis ſuis: petebat
iſte ſucceſſoꝛ a pa. vt poſſet eas reuocare. re
ſcribit ei papa dicẽs ꝙ eps ⁊ quilibet ꝑlat⁹
eccẽ ꝓcurator eſt ⁊ nõ dñs ⁊ iõ ꝯditionem ec
cleſie meliorẽ facere põt deteriorẽ vero non
dꝫ. vnde donatiões ille de iure nõ tenẽt qua
re idulget vt dõatiões illas tã a clericis ꝙ̃ a
laicis debeãt reuocarĩ. Nota ꝙ prelati eccle
ſiarũ nõ ſũt dñi ſed ꝓcuratores eccleſiarum
Itẽ donatio facta ſine ꝯſenſu capituli non
valet. Idem.

C **Ceterum** Abbas fecit
donationẽ cũ
priore ⁊ quibuſdã de ꝯuẽtu vel ſol⁹ abbas
poſtea ꝯuẽtus ps reclamat ⁊ ꝯtradicit q̃rit̃
qd iuris ſit. reſpõdetur ꝙ quãtitas rei dona
te ⁊ cõſuetudo loci dꝫ cõſiderari in tali dõa
tione ita tñ ꝙ cõſuetudo nõ ſit cõtra canões:
⁊ ſm hoc donũ ratũ dꝫ vel irritũ iudicari.
¶ Nota ꝯſuetudinẽ in donatiõe ꝯſiderari.
Idem.

C **Conſulta**tiõib⁹. Ali
quis ꝑronus
vel ꝑlatus cõceſſit eccãm alicui cle
rico viuẽte rectore illius eccẽ. q̃ritur an talis
ꝯceſſio valeat. Et rñdetur ꝙ nullius eſt mo
menti. Si aũt conceſſio fiat religioſis locis
ab epo vel ipſius auctoritate tenet. Sed ꝑ
ſona que eccãm tenet ſine ꝯſenſu ipſius i vi
ta ſua remoueri nõ dꝫ. ¶ Nota ꝙ eccã non
vacãs priuati ꝑſone ꝯcedi nõ põt. itẽ nullus
ſine culpa ſua iuri ſuo priuari dꝫ. Inno. iij.

P **Pertuas** Quidã no
biles floẽtini
tpe ſciſmatis tenuerint epꝫ floẽti.

in domo ſua cedato ſciſmate: ep̃s de mãda
to alex. papa dedit in feudũ predictis nobi
libus quatuoꝛ modios terre: ⁊ de certo feu
do inueſtiuit. ſed cũ ⁊ ipſi iterrã illã mẽſura
ri feciſſent nõ inuenerunt eã niſi duos modi
os: vnde petebãt feudũ illud ſibi reintegrari
dubitabat ep̃us an poſſet cũ nõ eſſet in poſ
ſeſſione illius ne de nouo videatur cõferre.
cõſultus pa. reſpondet ꝙ eccleſia in actibus
ſuis non debet fraudẽ adhibere vel dolum
vnde ſecure poterit feudũ integrare cum ter
ra quatuoꝛ modioꝝ illis fuerit aſſignata.
Nota ꝙ eccleſiaſtica beneficia p̃ſtita recõpẽ
ſare tenetur ſicut hic fecit papa. Jtẽ benefici
um ꝓmiſſũ reintegrari dꝫ nõ minui. itẽ frau
dẽ vel dolũ adhibere nõ dꝫ. Jdem.

Cum dilecti

Qui dã nobi
lis contulit quaſdã terras pure et
ſimpliciter ſine aliqua cõditiõe ꝓ remedio
anime ſue ĩ elemoſinã monaſterio de melioſ
Jtẽ aliã terrã dedit eidẽ monaſterio ſub cõ
ditione pẽſionis: vt ſi foꝛte pẽſio debita nõ
ſolueretur redigere poſſet terrã illã infoꝛeſtã
Alanus dicti nobilis filius donatiões illas
volebat ꝑ violẽtiam redigere in foꝛeſtã. ſuꝑ
hoc cã fuit cõmiſſa iudicibus. Judices exa
minato negocio dubitauerunt ꝓ qua ꝑte de
berent ferre ſniam remiſerũt cãm inſtructaꝫ
cũ inſtrõ donatiõis ad papã. reſpõdet papa
eiſdẽ iudicibus mandãs quatenus ꝓ mona
ſterio ferãt ſniaꝫ ap. re. qꝛ ex tenoꝛe iſtrĩm ap
paret ꝙ iſta fuit intẽtio donatoꝛis vt clã il
la de foꝛeſta q̃ ponitur in fi. inſtri non dꝫ re
ferri ad primũ dationẽ q̃ libera ⁊ pura fuit
ab oĩ conſuetudine ſeculari. ſed reſpicit infe
rioꝛẽ cõceſſionẽ que hꝫ penſionẽ inſertũꝫ ſm
rectã intellectũ qꝛ in cõtractibus plena dꝫ in
terpꝛetatio adhiberi in teſtamẽtis pleniοꝛ in
bñficiis pleniſſima. ¶ Nota ꝙ ad intentio
nẽ concedẽtis recurrẽduꝫ eſt. Jtẽ nota ꝙ de
terminatio quãdoqꝫ reſpicit ꝓxime poſita.
Jtẽ laboꝛãdũ ẽ vt bñficium ſit liberꝝ ⁊ ſine
onere ⁊ interpꝛetatio pleniſſima in bñficiis
facienda eſt. Jdem.

Paſtoralis

Ep̃s de cõſenſu pa
troni cõceſſit eccãm quandã qbuſ
dã religioſis ſub hac foꝛma concedimus vo
bis talẽ eccãm. queritur vtꝝ eoipſo videat̃ ĩ
eoꝝ vſus fuiſſe ↄceſſa vel ſolũmõ ius p̃rona
tus. reſpõdetur ꝙ ſi ep̃s eccãm illã illis cõfe
rat de cõſenſu patroni: patronꝰ vr̃ ↄferre ꝙ
ſuũ ẽ. ſ. ius patronatus: ⁊ ep̃us cõferre vr̃ ꝙ
tꝑaliter obtinet in ipſa eccã vt ſi aliquã poſ
ſeſſionẽ fructuũ eiuſdẽ eccẽ ꝑcipiat poꝛtio il
la cõuertitur ĩ eoꝝ vſus. ſi vero de fructibꝰ
illius ecclie nullã ꝑcipit ep̃s poꝛtionẽ oẽs ꝓ
uẽtus pꝛeter cathedraticũ cõuertunt̃ in vſus
monachoꝝ. Sꝫ vt ep̃i donatio ſit legitia cõ
ſenſus capituli eſt regrẽdus. ¶ Nota ꝙ do
natio ep̃i non valet ſine cõſenſu capituli. Jtẽ
ↄſenſus capituli valet licet tꝑe ↄceſſiõis non
ſit pꝛeſtitus. Jtẽ in generali cõceſſione cathe
draticũ intelligitur exceptũ. Jdem.

Inter dilectos

Jnter hoſpitalarioſ ſancti ſepulcri
⁊ f̃res hoſpital' ſci aluſij vertebat̃ qõ ſr̃ ipſo
hoſpitali cũ hoſpitalarij ſuꝑ poſſeſſoꝛio ſel'
⁊ iteꝝ qõem itẽtaſſent: ipi ↄtrariaꝫ ſniam re
poꝛtarũt tandẽ ad petitoꝛiũ recurrerũt ꝓpo
nẽtes ĩ p̃ntia pa. ꝙ. g. quondaꝫ rectoꝛ ⁊ f̃res
⁊ p̃roni hoſpitalis ſci aluſij hito cõi tractatu
deliberauerũt ip̃m hoſpitale ſupponere ho
ſpitalariis ſupꝛadictiſ cõmittẽtes ĩ hoc tribꝰ
ꝓcuratoꝛibꝰ vices ſuas vt ꝙ ſuꝑ hoc ꝑ eos
fieret appꝛobarẽt illi ꝓcuratoꝛes cũ hoſpita
lariis taliter ſtatuerũt vt aliqui mitterẽt ad
ip̃m hoſpitale q eoꝝ noie reciperet aſſignati
onẽ ipi duo miſſi ad ip̃m hoſpitale miſſi fue
rũt q receperunt aſſignatiõem ⁊ donatiõeꝫ ho
ſpitalis a mg̃ro ⁊ a ꝓcuratoꝛibus ⁊ aliis f̃ri
bus hoſpitalis: pꝛocuratoꝛ hoſoitalis ex ad
uerſo r̃ndit ꝙ p̃dicta donatio non valebat:
quia donatio illa facta fuerat a pꝛedicto re
ctoꝛe ⁊ fratribus paucioꝛibus piuris ⁊ ex
cõicatis. multis ex aliis f̃ribus icõſultis: ⁊ ĩ
fraudẽ plebani de piſcia: contra eos moue
rat qõem. dominꝰ pa. his ⁊ aliis itellectis
cõſiderãs ꝙ f̃res ⁊ p̃roni ſci alucii ꝓ ſe imo

potiꝰ ɔtra ſe ſuā turpitudinē allegabāt: excōi cationē ꝑiuriū ⁊ fraudē ab ipis cōmiſſaꝫ ⁊ i telligēſ dōationē ab ipis factā purā ⁊ ſimpli cē extitiſſe qꝛ deceptis ⁊ nō decipiētibꝰ iura ſubueniūt ꝑ ea q̄ depoſita ſūt ɔtra ꝓpriū factū defender̄ non pn̄t. Adiudicauit hoſpi pitale ꝑdictū cū oibus ꝑtinēcijs ſuis hoſpita larijs ſci ſepulcri: ita tn̄ ꝙ ꝑ hāc ſniam nullū ꝑiudiciū generet̄ dioceſano epo ⁊ plebāo de piſcia cū res inter alios acta alijs obeē non debeat. ¶ Nota ꝙ poſſeſſoriū ex pluribus cāis pōt itentari. Itē allegās turpitudinē ſu am non eſt audiēdus. Itē res inter alios ac ta nō nocet alijs. Idem.

Apoſtolice ſedis.

illud feciſſet de licētia prioris ſci victoris ſu
per hoc reſcribit pa. eidē plebano dicēs ꝙ lꝫ
in cō. lateř. de mōachis caueať ne ſoli p vil
las ⁊ opida eē debeāt de regularibꝫ tñ hoc
non cauetur qui ⁊ ſi nō putenť ſe iūcti a mo
nachis regule tamē inſeruiūt laxiori: ⁊ mōa
chi p canones antiquos ad curā prochialiū
eccleſiarū ordinātur ex qua debēt officium
predicatiōis exercere ꝙ priuilegiatū ē. ſic er
go ānuit poſtulatōni predictoꝝ vt ibi exer
ceat plebani officiū qui vnū canonicū regu
larē ſi fieri pōt hēat ſecū. ¶ Nota ꝙ q ꝑmit
tit regularē vitā aſſumere teneť religionē in
trare ⁊ poſſet ad hoc cōpelli. Idem.

CUm ad mōaſteriū. In capitulo iſto tradit̄ qualiter monachi viuere debeāt: ⁊ qualiter etiā in alijs officijs tā prelati ꝙ̄ alij debeāt ſe haber̄. In ſi. dicit ꝙ abbas cū aliquo mōacho diſpenſare nō pōt ut ꝓpriū hēat: qꝛ abdicatio ꝓprietatis ⁊ cuſtodia caſtitatis ita ſunt annexa regule monachali vt cōtra ea ſūmꝰ pontifex nō poſſit lniam indulgere. Nota caſum in quo pa. diſpēſare nō pōt. Idem.

IN ſingulis Inno. volens intendere circa reformationē ⁊ ſtatū monachoꝝ in generali cōcilio reſidēs ſtatuit ꝙ in ſingulis ꝓuincijs de triēnio in trienniū cōe capitulū fieret abbatū: ⁊ prioꝝ abbates ꝓprios nō habētiū qui nō ꝯſueuerunt tale capitulū celebrare: ſaluo iure dioceſanorū epoꝝ ad qđ vniuerſi ꝯueniāt niſi fuerint legitīe īpediti apud vnū de monaſterijs aptū ita ꝙ nullꝰ plus ꝙ̄. vi. equitaturas. ⁊. viij ꝑſonas adducat: ⁊ in hac nouitate aduocēt duos abbates de ordīe ciſtercien̄. ad p̄ſtandū ſibi cōſiliū cū in huius capitulis melius ſint inſtructi ⁊ illi duo aduocēt duos abbates de ipſis quos viderint expedire ⁊ ipſi quatuor preſint ipſi capitulo ita tamē ꝙ ꝑ hoc nullus eoꝝ auctoritatē prelationis ſibi aſſumat: vnde poſſint mutari cū viſū fuerit expedire. In quo capitulo diligēs habeat̄ tractatus de reformatiōe ordis ⁊ obſuātia regulari. ⁊ ꝙ ſtatutū fuerit illis. iiij. approbātibꝰ irrefragabiliter obſeruet̄: ⁊ in eodē capitulo ꝯſtituātur certe ꝑſone ac religioſe que ſingulas abbacias eiuſdē regni ſiue ꝓuincie mōachoꝝ ⁊ monialiū debeant viſitare corrigentes ⁊ reformātes ꝙ̄ correctiōis ⁊ reformationis viderint īdigere ita ꝙ ſi rector aliqs fuerit remouēdus denūcient hoc epo dioceſano vt illū remoueat: ꝙ ſi non fecerit viſitatores hoc referant ad ap. ſe. ⁊ hoc ꝙ dictū eſt de monacois de regularibus p̄cipit obſuari. Itē dioce. epi mōaſteria ſua ſtudeant reformare ut cū viſitatores illuc acceſſerint plus inueniant ibi cōmēdatiōe ꝙ̄ reformatiōe dignū. precipit pa. epis ⁊ ꝑſonis que p̄erūt capitulis celebrādis ut cōpeſcāt ꝑ cenſuraꝫ ec. aduocatos p̄ronos rectores ꝯſules ⁊ magnates ne monaſteria p̄ſumant offendere in perſonis vel rebus. Hono. iii.

EA que pro re In precedēti capitulo ꝯcilii generalis ſtatuit̄ qualiter in capitulo de triēnio in triēnium debēt abbates ⁊ priores celebrar̄. dicit ho. in caplo ꝙ viſitatores ordiati ſm ꝯciliuꝫ p̄dictū cū ꝓceſſerit ad viſitādū de ſtatu mōachoꝝ ⁊ obſeruātiis regularibꝰ diligēter inquirāt ⁊ corrigāt ⁊ reformēt ꝙ̄ fuerit reformāda ſm regulā beati bn̄dicti ⁊ puniāt deliquētes iuxta modū culpe ſine ꝑſonaꝝ acceptōe. Si vero abbates fuerit negligētes i corrigendis mōachis aut ſe ipſis iuxta mādatū viſitatorū: ita publice puniātur in capitulo generali ꝙ pena illoꝝ ſit ceteris in exēplū. Si vero abbas nō exemptus a viſitatoribus inuēt̄ fuerit negligēs vel remiſſus: denūciēt dioce. epo. ⁊ ꝑ epm̄ detur ei coadiutor vſqꝫ ad capitulū generale. ſi vero dilapidator inuētus fuerit uel aliqs remouēdus ꝑ dioce. epm̄ remoueat̄ poſtꝙ̄ ſibi a viſitatoribus fuerit denūciatū a regimie abbacie: ꝙ ſi epiſcopus hoc non fecerit: apoſtolice ſedi viſitatores iſti ſtudeant nunciare ſequentes viſitatores diligenter perquirant veſtigia propriorum viſitatorum ⁊ eorum negligentias referant capitulo generali ut ipſi inde puniantur. et idem faciēduꝫ eſt de preſentibus capitulo generali. Item precipit ꝙ abbates ⁊ monachi de cetero non recipiant ad prebēdas clericos ſeculares: ⁊ hi qui recepti ſūt in capitulo locum ſibi non audeant vendicare: ſed beneficiis ſunt contēti: ⁊ ſi qui de predictis clericis inuenti fuerit criminoſi per epiſcopum dioceſanum puniantur. § hec omnia in monaſteriis que non habent abbates proprios ⁊ in monaſteriis monaliuꝫ quo ad articulos congruentes ab abatiſſis ⁊ monialibus precipit obſeruari.

Gregorius.

De religioſis domibus vt epis ſubſint. Rub.

Sunt autem Quedam eccleſia cōſtituta fuit circa ɔfines duoꝝ epiſcopatuum.popul⁹ petebat illā ɔſecrari ɔtentio erat inter epos qs eoꝝ deberet ɔſecrare.q̄ſitum fuit a papa qd iuris ſit.Rñ papa dz inquiri cuius ciuitates eps baptizauerit incolas illius loci antequā eccleſia fundaret̄ ad cuius ɔſignatōem annuatim ɔcurrerit nō enim diffinit̄ hoc terminis aut locis.Sic ergo ille vocandus ē ad ɔſecrationem que predicta ɔtulit ſacramenta ¶ Nota q̄ p collatōem ſp̄ualiū ꝓbatur cui ſubſit eccleſia ſiue populus ⁊ n on p termioſ vel loca. Idem.

Quia mōaſteriuz Quoddam monaſteriū ſitū erat i fundo marciano hoſtilitate deſolatū. papa vniuit illud monaſterio agapiti abbatis cū omnibus rebus ſuis viribus ⁊ actionib⁹ita tamen q̄ eps ſurrentinus in cuius ciuitate ē monaſterium huius abbatis non habeat iuriſditionem.ſed eps nucerinus in cuius dioce.eſt illud monaſterium ut iura ſua ſingul' epiſcopis inuiolata ſeruentur. ¶ Nota q̄ p hanc vnione m non fit p̄iudicium epo in cuius dioc.eſt monaſterium.Item popa iura ſua cuilibz ɔſeruare intendit. Item priuilegium ſeu indulgentia ſine p̄iudicio alterius dari debz.

De xenodochus Ordiatio ⁊ diſpoſitio xenodochioꝝ ⁊ monaſterioꝝ alioꝝ q̄ locoꝝ ſimilium ptinet ad epm iu cuius dioc.ē ɔſtituta.No. oia monaſteria ⁊ loca religioſa ſubſunt epo in cui⁹ dioc.ſunt ɔſtituta ip̄o iure niſi aliud incōtrariū oſtendat. Urbanus.iij.

Ad hoc Queſitū fuit a papa vtꝝ loc⁹ deputatus ad hoſpitalitatem poſſit in ſeculare habitaculū ɔmutari.Rñt q̄ ſi locus ille ad vſuz hoſpitalitatis ⁊ ꝓuiſionem paupeꝝ auctoritate pontificis deputatuſ fuit:nō dz amplius mūdanis vſibus deputāi cum ſit religioſus:ſicut de veſtibus ⁊ vaſis ligneis ⁊ aliis ad diuinū cultū p epm deputatis obſeruat ɔſuetudo ⁊ ſacri canones edocent ¶ Nota q̄ diuino cultui deputata ſunt ad humanos vſus amplius redire nō debēt Inno.iij.

Inter quatuor Eccleſie regulares non debent fieri ſeculares:niſi deficientibus regularibus: ⁊ ita neceſſitas ſubicitur legi. Idem.

Conſtitutus Eps albañ. in p̄ñtia domini pape ɔſtitut⁹. petebat ius epale in eccā caſtri q̄ pauli dr̄ ab abbate ⁊ fratribus monaſterij cripte ferrate in qua monaſteriū ius pronatus habebat ex eo q̄ erat ſita in dioc.albañ.⁊ iō de iur̄ cōi debebat ſibi de iuribus epalibus rñdere ſi vo ɔtrariū appet.petebat ɔpelli mōaſteriuz ad ſoluēdā p̄ſionē ꝓ p̄dcā eccā ⁊ reſtitutōez penſionis ſubtracte a.xl.a.citra. Sed yconomus monaſterij ex aduerſo reſpondet. q̄ lz eccā ſita eſſz i dioc.albañ.ei nō tenebatur in aliquo reſpondere ex eo q̄ dominic⁹ leuicanus eps qui fuerat eps albañ. omnes eccleſias ſitas in dioc.albañ . ptinentes ad monaſterium iſtud:⁊ quicqd habebat tam i monaſterio q̄ȝ in eccleſiis illis conceſſit mōaſterio in emphiteoſim ſub annua penſione. viij.deñ.ita quod licitum erat abbati ⁊ fratribus oia ſacramēta recipe a quocunqz vellent epo tam in monaſterio q̄ȝ in aliis eccleſiis ɔceſſis ei tertiā moꝛtuoꝝ:⁊.c.papa q̄ factum fuerat ab illo epo ɔfirmauit inſuper ꝓpoſuit q̄ ⁊ ſi eccleſia illa aliqñ fuiſſet ſubiecta eccleſie albañ.monaſterium per.xl.ānos ⁊ amplius in pace poſſedit eandem.ad hoc rñz ꝓcuratoꝛ epi ɔceſſiōez leuicāi epi ñ tener̄ utpote ɔtinētē ſymoniacam prauitatem ex eo q̄ epiſcopus ſpiritualia conceſſit recipiē

do ꝑ eis annuam penſionem: ⁊ ſic ɔmiſit vi
cium ſymonie. vnde ɔceſſio illa non tenuit ⁊
confirmatio pape fuit obtenta ꝑ ſubreptōez
cum in ɔfirmatione illa non fuerit mentio fa
cta de illa penſione. ad hoc fuit ex ꝑte mōa
ſte rii reſponſum non eſt inſolitum nec nouū
vt etiā epi cōcedunt eccleſias piis locis ali
quid ſibi reſeruent in eis nomine penſionis:
⁊ papa cum priuilegium libertatis vel ꝓte
ctionis preſidinm aliquibus eccleſiis ɔcedit
aliquem cenſum ſibi reſeruet in eis. ⁊ in lr̄is
ɔceſſionis cenſus exprimitur ad ꝑpetuā me
moriam: hiis aliis auditis do. pa. ɔdemna
uit yconomum monaſterii yconomo epi in
ſolutione penſionis predicte: de cetero faciē
dam iuxta ratam que ɔtingit eccleſiam ⁊ in
reſtitutione ſubtracte penſionis a. xl. annis.
ſm̄ ratam eandem ſuꝑ omnibus aliis abſol
uat yconomum monaſterii ab impetitione
yconomi ipſius epi: eidem ꝑpetuum ſilentiū
imponendo. ¶ Nota ꝙ eo ip̄o quo eccleſia
ſita eſt in dioce. epi eo ip̄o eſt illi ſubiecta ni
ſi aliquid oſtendatur. Item ep̄s poteſt r̄mit
tere iura ep̄alia ꝓ annua penſione vbi hoc
colligitur: nec ē ſymonia ⁊ precipue etiā ac
cedit cōfirmatio pa. Item ſn̄ia accipienda ē
in ꝑſonam ꝓcuratoris ſiue ab inicio ſiue pꝰ
lit. ɔteſta. interueniat vbi hoc colligitur: Itē
ar. hoc ꝙ lʒ quis ceſſat in ſolutione penſiōis
vltra biennium non ideo a iure ſuo.

Idē

Cum venerabi
lis. Ep̄s ſabien̄. petebat eccleſiā
ſancti angeli de cātia a monaſterio farſanē.
cū ſuis ꝑtinentiis ⁊ poſſeſſionibus dicens il
laʒ ad ſe ꝑtinere. tam in ſpūalibus q̄ʒ in tem
poralibus iure cōmuni eo ꝙ erat ſita in dio
ce. ſabin̄. ꝙ in temporalibus ad ſe ſpectaret
nitebatur oſtendere per publicum inſtrumē
tum in quo ɔtinebatur expreſſe. ꝙ. y. ſabin̄.
ep̄s. b. farſan̄. abbati ⁊ duobus aliis abba
tibus poſt illam dcām eccleſiam cū ꝑtinēti
is ſuis locauit ꝑ annuam penſionem quatu
or ſolidoꝝ papien̄. ɔtra inſtr̄m: vel ex parte
monaſterii fuit ꝓpoſitum ꝙ nulla fides ē ei
adhibenda ꝓpter ſuplinearem ſcripturam
⁊ raſuram in loco ſuſpecto in notatiōe indi
tionis hiis ⁊ aliis intellectis quia ɔſtiterit
non papa eccleſiam p̄dictan ſitam eſſe in di
oce. ſubin̄. adiudicauit ep̄o ius ep̄ale in om
nibꝰ ſpūalibꝰ in eadē eccā exceptis q̄buſdā
capitulis que ꝑ autentica ſcripta ei ſubtrac
ta eſſe noſcantur. Sed qꝛ inſtr̄m p̄dictū īſuf
ficiens fuit ad ꝓbandū ꝙ eccleſia ip̄a ei ſub
eſſʒ quo ad tp̄alia vtpote de iure ꝓpter pre
dicta ſuſpectū abſoluit monaſteriū ab impe
titōe epi quo ad tempalia. ¶ No. ꝙ ſepe au
diſti eo ip̄o quod eccā ſita ē in dioce. epi. de
iur̄ cōi ſub eſt ei: quo ad ſpūalia. Itē inſtr̄m
ſuſpectū ē: ꝓpter linearem ſcpturā. Item ſi
raſura ē in inditione. Idem ē in annis dn̄i
⁊ in locis ſuſpectis. Idem.

Cum dilectus
Ep̄s aurien̄. ꝑ circūuentōem fecit
ſibi preſtari obedientiam ab abbate cuiuſ
dam monaſterij quod ſitum erat in ſua dio
ce. p̄ter fratꝝ ſuoꝝ aſſenſum: cū monaſteriū
ip̄m diceretur liberꝝ ⁊ exemptum ſic orta fu
it q̄o inter ep̄m ⁊ monaſterium ſuper ſubiec
tione monaſterii. abb as timens ſe ꝑ ep̄ʒ ag
grauari ſedem apoſtolicā appellauit. Ep̄s
non obſtante appellatione: tulit ſn̄iam ſuſpē
ſionis ⁊ excōicationis in abbatem ⁊ mona
ſterin̄ interdixit ꝓpter ꝙ nuncius monaſte
rij ⁊ nuncius epi ad ſedem apoſtolicam ac
ceſſerūt: coram papa ꝓpoſuit nūcius mona
ſterii p̄dictas ſn̄ias nō tenere cum monaſte
riū exemptum eſſet: vel ſaltem tutum erat le
gittima preſcriptiōe: ſed quia nuncius mōa
ſterii mandatum ꝓcuratorium nō habebat
cauſa non potuit in p̄n̄tia pape terminari:
vnde amittit papa cām ſub hac forma. q̄te
nus ſi ɔſtiterit iudicibus abbatem ad ſedē
ap. anteq̄ʒ epiſcopus tuliſſʒ ſn̄ias predictas
in abbatem ⁊ monaſteriuʒ legittime appel
laſſe: vel ſi conſtiterit monaſterium exemp
tum eſſe a iuriſditione epiſcopi. iudicent
predictas ſententias non tenere: non obſtā
te quod abbas ab epiſcopo circumuentus

preter factū aſſenſum ei obedientiaꝫ ꝓmiſit cū fraus ⁊ dolus ei patrocinari nō debeat: ſed ſi abbas defecerit in ꝓbatione exemptōnis: nec legittima ꝑſcriptione poterit ſe tueri adiudicent monaſterium aurieñ. eccleſie ſubiacere ꝙuis ꝓbet ſe appellaſſe ante ſnias ſupradcās. cū monaſteriū ſit in ipius dioc. cōſtitutū. Itē ⁊ ſi abbas defecerit in ꝓbatiōe appellatōis ſi couſtiterit de exemptione vel legittima preſcriptione tam abbatem ꝙ monaſterium abſoluant ab epī impetiōe. ¶ Nota ꝙ ſine mandato: nō admittit̄ quis ad agēdū. Item excōicatio vel interdictū poſt ap. latiam ꝓmulgata nulla eſt. Item delictum ſine factum ꝑlati nō preiudicat eccleſie. Item fraus ⁊ dolus nulli ꝓdeſſe dꝫ. Itē poteſt qſ ſe tueri priuilegio vel preſcriptiōe ſub alternatōe: ſed ſimul cōiunctiue non poteſt: qꝛ cōtraria ſunt priuilegiū ⁊ preſcriptio. Idē.

R Enimia Probat hoc ꝯciliū ne aliqs de cetero nouam religionē inueniat ſed ſi vult ad religionem tranſire vnā de approbatis aſſumat. Itē q voluerit nouaꝫ domū fundare: regulā ⁊ inſtitōem accipiat de approbatis. In fine ꝓhibet ne in plur bus monaſterijs monaibus quis exiſtat: nec vnꝰ abbas ꝑſit pluribus monaſterijs.

Urbanus .iij.

De capellis monachoꝝ ⁊ alioꝝ religioſoꝝ. Rub.

I N eccleſiis Statuit vrbanus pa. ꝙ monaſteria que populuꝫ habēt habeant capellanū ſuum inſtitutū ab epō de cōſilio monachoꝝ: qui populum regat ⁊ viſitet eum neceſſe fuerit cuiꝰ ordinatio ⁊ depoſitio ad epm pertinet. ¶ Nota ꝙ monachi curam populi haber non debent. Inno. iii.

D Ilectus filius Sindicus eccleſie ſācte cecilie: nomine ipius recte petebat ab yconomo ſancti laurencii de piſcinula: ſubiectōem in ſcrutiniis baptiſmate capitalis ⁊ ſimilibus poſſeſſorium ⁊ petitorium intentando dicens. ꝙ cum eccleſia ſancti laurencii ſit in parrochia ſancte cecilie ſita: de iure cōi debet ei i ꝑdictis omnibus ſubiacere cum priuilegiuꝫ exēptionis non habeat. nec preſcriptionem poterat allegare: cū eccā ſancte cecilie ꝑſcripſiſſꝫ ꝑdicta ſicut per teſtes dicebat eſſe probatum. Preterea cū inter ꝑdcās eccās corā C. papa ſup ꝑdictis queſtio verteret̄. M. ꝑſbyter eccē ſancti laurencii fuit ſponte confeſſus ꝙ eccleſia ſancte cecilie debebat ſcrutinium ⁊ baptiſma: ⁊ cum eccleſia ſancte cecilie vellet ꝓducere teſtes ad ꝓbandum ꝙ ille ꝑſbyter diuerſis temporibus vocatus fuerit ad capitulū ⁊ ꝙ od ipm venerat dictus ꝑſbyter confeſſus fuit ſe vocatum ad capitulū veniſſe. vnde. C. reſtituit eccleſiam ſancte cecilie quo ad capitulū quo ꝯqueſta fuerat ſpoliatum ſaluo iure ꝓprietatis per hoc ſindicus ſancte cecilie ꝓbare volebat ꝓprietatem quo ad capitulum hoc yconomus ſci laurēcii ex aduerſo reſpondit ꝙ eccā ipa nullo medio ptinet ad romanam eccām. Preterea ipa fuitmonaſterium monialium ⁊ generaliter ſeruatur in vrbe: ut nullo monaſterium titulo ſit ſubiectum. Querit̄ur incōgruū videbatur ut ſeculares regularibꝰ ſupponātur. ⁊ do. pa. in ipa eccā inſtitutionem liberam exercebat. do. pa. hiis ⁊ aliis intellectiſ ꝯdemnauit yconomuꝫ ſancti laurencii ſindico eccleſie ſancte cecilie in ſcrutinio ⁊ baptiſmo: ita tamen ꝙ per hoc nulluꝫ preiudiciuꝫ generetur eccleſie romane ſi ius ſuum duxerit ꝓſequendum inſtitutione vero ⁊ deſtitutione ⁊ capitulo iconomum ſancti laurencii ab impetitiōe ſindici ſancte cecilie ꝓrſus abſoluat: ſibi ſup hoc ꝑpetuum ſilenciū imponēdo. ¶ Nota ꝙ in eodē libello pōt qs itētare poſſeſſoriū ⁊ petitoriū ſup diuerꝰ articulis ⁊ ēt ſup eiſdē. Item ꝯfeſſio ſindici vl ꝓcuratoris ꝑiudicat eccē: Item preſtatio facienda ē ne factū ſuū ꝓpriū eccē noceat. Itē in ꝑſonam ſindici formāda ē ſnia ⁊ ꝯdemnanationis ⁊ abſolutōis. Hono.

E
X parte Abbas ⁊ cõuent⁹ vineñ ve
neteñ. dioc. lr̃as aplicas ad quoſ
dã iudices ĩpetrauerũt ne epi dioc. eos ↄpel
lerȝ plures mõachos ponere in qbuſdã prio
ratib⁹ ſuis vbi ſinguli monachi eẽ ↄſueuerẽt
cum pluribus facultates nõ ſufficerẽt eorum
dẽ iqſita prius veritate de facultatib⁹ prio
ratuũ occaſiõe iſtaꝝ lr̃aꝝ dicebant ſibi eſſe
ↄceſſum: ut i ſingulis ipoꝝ priorati b⁹ ſuis:
ſinguli mõachi ↄmorenẽ dummõ plurib⁹ fa
cultatibus nõ ſuppetũt eorundẽ. Ep̃s venet.
ſignificauit hoc do. pa. ⁊ ipe reſcribit ei di
cens cũ iſtud obuiet ↄci. lat. de quo nulla ſit
mẽtio in lr̃is p̃dictis. Rñȝ ꝙ non credit h⁹
lr̃as a ſe. ap. emanaſſe ꝙ ſi forſitã p occupa
tionẽ emanauerit: nõ vult pp hoc derogare
ↄcilio añ dicto. ¶ Nota ꝙ monachi in ec
cleſiis ſoli eſſe nõ debẽt: ſed cum aliis mona
chis eſſe. Idem.

A
D audien tiaȝ. Si
gnificatuȝ
fuit do. pa. ꝙ quidã ſubiecti archi
ep̃o burdegaleñ ſolitarii hitabãt in qbuſdqȝ
prioratib⁹ ↄtra ſtatutũ la. ↄci. vñ mãdat pa
pa eidẽ archiep̃o. qua abbates ⁊ priores ip
ſoꝝ: ut vel ipos reuocent ad clauſtrũ facien
tes p clericos ſeculares in eiſdẽ eccleſiis deſ
uiri vel aſſocient ſibi alios monachos cum
quibus vitam regularem obſeruent p cẽ. ec.
⁊ monitiõe p̃miſſa ↄpellat. ¶ No. ꝙ mona
chi in eccleſiis ſoli ſine ↄſimili ſocio habitare
nõ debẽt ↄtra lat. ↄciliũ.

De iur̃ patronatus. Rub.

P
Erlatum Ali
qñ cõ
tingit ꝙ vn⁹ p̃ron⁹ eccẽ r̃lin
qt plures heredes qlibȝ her̃
dũ vult p ſuo arbitrio eccãȝ
ordinare cũ vacat ſtatuit ↄciliũ ꝙ inter here
des p̃roni eccleſia diuidi ñ debeat ſi diſcor
dia fuerit inter eos pp quã ſacerdos ibi or
dinari nõ poſſit. ep̃s p̃cipiat ut nullo mõ miſ
ſaꝝ ſolemnia celebrẽt ibidẽ donec ad con
cordiã redeãt: ⁊ canonice p̃uideãt eccleſie.

Q
Uecunqȝ Si pa
troni i eccle
ſie diſcordes fuerint: vt eã nolint
de vno p̃ſbytero ordinare ſi ep̃s aliter eccie
ↄſulere nõ poterit tollat ide reliquias ⁊ clau
dat hoſtia eccleſie nec diuinũ celebretur ibi
officium: donec canonici vnum eligerint pre
ſbr̃m. Iſta duo capitula reducenda ſũt ad
ca. ſequens.

Q
Uoniaȝ in qui
buſdã. In qbuſdã locis p̃roni
eccãꝝ vel eoꝝ h̃des abutũt poteſtate ſibi
ab eccl'ia ↄceſſa quia cũ ecca vnius debe
at eſſe rectoris: ipi in diſcordia plurimos re
p̃ntãt. vñ ſtatuit lat. ↄci. ut ſi forte vota p̃ro
noꝝ in plures ptes ſe diuiſerint: ille p̃ficiat
eccẽ qui plurimoꝝ eligitur ⁊ approbatur aſ
ſenſu ⁊ alias idoneus fuerit. ſi autẽ ſine ſcã
dalo fieri nõ poterit ep̃s ordinet eccleſiã ſm
ꝙ melius ſibi viſum fuerit. In fine dicit de
iure patronatus ſi qõ emerſerit iter aliquos
⁊ illa infra quatuor mẽſes non fuerit diffini
ta ex tunc ſuperior ordinet eccleſiam. ¶ No.
ꝙ electio maioris ptis tenet dum ſit electus
idoneus. Item ꝑpter ſcandalum repellitur
qs. Item ſuper qõ iuris patronatus infra q̃
tuor menſes non finiatur ep̃s poſtea ordina
re poteſt eccleſiam.

P
Reterea Quidam lai
ci patroni in tã
tam audaciam ꝓrumpunt vt ſine
auctoritate epiſcoporum clicos inſtituant in
eccleſiis ⁊ deſtituunt poſſeſſiones ⁊ alia bo
na eccãꝝ p ſua volũtate diſtribuũt. ꝑpter
quod lat. ↄci. decernit illos anathemate feri
endos. clerici vero q de mãib⁹ recipiũt lai
coruȝ ſine auctoritate ep̃i ſui ↄmunione p̃i
uentur: ⁊ ſi eas nõ dimiſerint a miniſterio
eccẽ ⁊ ordine deponantẽ. ¶ Nota ꝙ laici et
patroni de rebus eccleſiarum ſp̃ualibus ⁊ tẽ
poralibus auctoritate ſua nihil diſponere
debent etiam ſine auctoritate epiſcopi. cleri
ci non debent inſtitui in eccleſiis.
Alexander.

Quod autem Patron' eccleſie ad vacantem eccleſiam p̄ſentauit prelato ſuo ad quem pertinet inſtittutio clericum idoneum clericus ille non fuit a p̄lato admiſſus. poſtea patronus volūtate mutata: alium idoneum preſentauit: qui fuit ab ep̄o inſtitutus: ⁊ in poſſeſſionem inductus: q̄ritur quis iſtorū alteri p̄ferre debeat R̄n̄ꝫ ꝙ in caſu iſto melior eſt conditio poſſidentis: quia antequam preſentatio per ep̄m approbetur ratum non eſt quod a patrono fuit inchoatum.

De cetero. Aliquis laicus patronus cōceſſit eccleſiam: ⁊ inſtrumentum fecit ſub hac forma. ego talis concedo ⁊ do eccleſiam talibus clericis ſiue collegiis ⁊ preſenti carta ↄfirmo q̄rit̄ an talis cōceſſio teneat. R̄n̄ꝫ papa ſi conſenſus epiſcopi nō accedat nihil agitur: quia ꝓ non dato habetur: quod ꝺatur ab illo qui donare non poteſt. Nota ꝙ licitum eſt laico patrono nominare ante inſtitutionem preſentati. Item melior eſt conditio poſſidentis. Item laicus eccleſiam dare non poteſt ſine conſenſu epiſcopi qui eāꝫ non habet. Item nemo poteſt dare quod nō habet.

Quia clerici Quidā clerici comparant ius patrōatus eccleſiarum: vel alio modo quo poſſunt acquirunt ut poſtmodum cum vacauerint eorum filii: vel nepotes preſententur ad eas. precipit papa epiſcopo ut hoc diſtricte ꝓhibeat: ⁊ eoſdem clericos aduocationibus taliter acquiſitis ap. re. ſpoliet. Item nota ꝙ ius pronatus emi non poteſt. Idem.

Ex litteris. Inter abbatiſſam ⁊ moniales mōaſterii deuantoñ. q̄dam villam ſuam in qua ſita erat eccleſia delatio ꝑtinēs ad monaſterium ip̄m locauerunt ad firmam. g. militi. miles ille ad eccleſiam ipſam poſtmodum vacanteꝫ preſentauit epiſcopo. vv. clericum quē epiſcopus inſtituit poſtmodū abbatiſſa predicta monaſterii epiſcopo alium preſentauit. Sed epiſcopus admittere noluit preſentatuꝫ ab ip̄a. vnde abbatiſſa apud cātuarien. archiepiſcopū de ep̄o depoſuit q̄ſtionem q primum preſentatum fecit remoueri. ⁊ ſecundū ſibi preſentatū fecit iſtitui. vnde orta fuit contētio inter eos. Salibriē. epiſcopo qui primum inſtituerat ſignificauit hoc domino pa. vnde mandat iudicibus. q̄tenus ſi cōſtiterit ꝙ predicto militi predicta nulla fuerit conceſſa: non excepto iure patronatus: vel etiam ſi conſtiterit ꝙ anteq̄ꝫ de iure patronatus inter abbatiſſam ⁊ militem: controuerſia eſſet orta. prefatus. vv. inſtitutus fuiſſet per epiſcopum ad preſentatiōem militis eccleſie eideꝫ adiudicent: dummodo idoneus ſit ita q̄ ſi abbatiſſa obtīeat aduerſus militem. predictus. vv. illi de epiſcopali b⁹ debeat reſpondere ⁊ ſic vtroq̄ꝫ cāu obtiebit. Nota ꝙ ius patronatus tranſit cum vniuerſitate niſi ſpecialiter excipiatur. Iteꝫ lite mota ſuper iure preſentandi vel eligēdi p̄ſentatio poſtea fieri non debꝫ vel electio ⁊ ſi fiereꝫ non debet confirmari vel infirmari. pendente q̄ōne numerus patronatus.

Idem.

Aliud Patronus eccleſiam non vacantem cōcedit alteui religioſe domui in conſulto epiſcopo poſtmodum vacat eccleſia. patronus preſentauit clericum epiſcopo ad eccleſiam illam vacantem: ⁊ ep̄s illam inſtituit. Queritur vtrum prima conceſſio impediat ſecundaꝫ. Reſpondet papa ꝙ ſecunda conceſſio tenet ⁊ valet non obſtante prima que de iure nullius eſt momenti: tum quia de re noua facta eſt: tum quia laici ſine auctoritate epiſcopi nulli poſſunt eccleſiis dare q̄uis ius patronatus poſſint loco religioſo conferre. Si autem eccleſia vacante ius patronatus loco religioſo contulerit ⁊ aliquis ſine preſentatione factum eiuſdem loci fuerit inſtitutus eius inſtitutio eſt de iuris rigore. irritāda. N. ꝙ ↄceſſio que nulla eſt non impedit id quod de iure actum eſt. Item eccl'ia non vacans concedi non poteſt

Q Uerimoniam Dicitur in capitulo iſto ꝙ pp mutatõem patronoꝝ: ordinatio ecaꝝ mutari ñ dꝫ ab epis patronis vel ab alijs ꝙ eſſꝫ abſq̃ dũ cum in patronoꝝ ptãte eccã nõ ɔſiſtat.

C Um laici. Aliqs laic⁹ patron⁹ ɔcedit eccãm vacante epo aut nõ ɔſentiente poſtea quia ductus clericũ aliũ preſentauit epo: ⁊ eps ipſum inſtituit. Queritur que cõceſſio valeat: dr ꝙ inſtitutio illius valere debet: q auctoritate epiſcopi ẽ inſtitutus nõ obſtante prima ɔceſſione que nulla eſt: quia non licet laicis clericos in eccleſiis ordinare. ¶ No. ꝙ ad id quod nullum eſt nõ impedit ꝙ d̃ iure valere poteſt.

C Urapaſtoralis. Quidã religioſi ⁊ alij etiã clerici ſ̃cipiebant eccleſias de manibus laicoꝝ ſine auctoritate epiſcopoꝝ ꝙ erat ɔtrariũ iuri. vnde mandat papa predictis religioſ̃ ꝙ nullas eoꝝ eccãs recipiat ex donatione laicoꝝ ſine auctoritate ⁊ ɔſenſu dioceſani epiſcopi vel retinere preſumat taliſ̃ acquiſitas niſi legittima fuerint preſcriptione muniti: vel poſtea ɔſenſum habuerint dioc. epiſcopi. qꝛ ẽt laici non poſſunt in alios transferre ꝙ nõ habẽt huius ɔceſſiones irrite ſunt. ¶ Nota ꝙ laici eccãs alicui ɔferre non poſſunt. Item nemo poteſt in alium trãſferre: quod nõ habet. Idẽ.

S I uero Inter aliquos vertitur ɔtrouerſia de iure patronatus: ſup aliqua eccã p qua controuerſia de iure patronatus differt vltra tps a iure ɔſtitutũ ordinatio ipſi⁹ dicit pa. ap. re. ordinet eccãm de pſona idonea: ita ꝙ inſtitutuſ repſentet ab eo q ius obtinuerit pronatus. Idem.

C Um ſeculũ. Hoſpitalarij aliquãdo acqrũt ius prõnat⁹ in eccl'ijs rõne feudoꝝ ẽptoꝝ aut alio mõ phibet eis papa: ne ius ſpale hac occaſiõe diminuat: dyoce. epo. Idem.

E X inſinuatiõe O clericus ɔqueſtus fuit do. pa. ꝙ cũ frater eius ceſſerit ius pronatus ꝙ cõiter hẽbãt in qbuſdã eccleſiis: qdam clerici ſine ipius aſſenſu ⁊ preſentatõe illas eccãs occuparet detinent occupatas. Mãdat pa. q̃. ſi ẽ ita. detẽtores eaꝝ ɔpellãt: ut illas pdcõ clico reſtituãt p eũ liber ordinadas. No. ꝙ vn⁹ pronus ius pronat⁹ põt ſuo ɔprono cõceder ius pronatus ſiue ius pñta tõis. Idẽ

C Onſuluit. Dr hic ꝙ ſecularũ dei hereditario iuris poſſideri nõ põt: ⁊ iõ ſuſtineri nõ dꝫ ꝙ clici auctoritate ppria detineãt eccãs ɔceder filiis aut aliquib⁹ aliis cũ ſola pñtatio ⁊ non ɔceſſio ptineat ad pronũ Idem.

D E iure Hic dr ꝙ ius pronat⁹ cũ ſit ſpũali ãnexũ vẽdi uel emi nõ põt: ⁊ iõ q illõ ɔpuerit tal ɔtract⁹ irrit⁹ ẽ decernẽd⁹ ¶ No. ſpũale vel ſpũali ãnexũ vendi vl emi nõ poſſe. Idem.

N ullus Statuit hic ꝙ nullus laicus decimas vl eccãm: aut qcqd eccãſtica iuris ſine ɔſenſu epi ſui monaſteriis vel canonicis ɔferre pſumat. ſi vero eps ɔſentire noluerit requiſitus ro. põtifici nũciet. vt de ipius licẽtia quod offerendũ ẽ offerat. No. ꝙ laicus nullũ ſpũale vel ſpũali ãnexũ: ɔcedere põt. ſine licentia epi. Idem.

S Ignificaſti Aliqs eps poſt quã adeptus ẽ epatũ acqſiuit ius patronatus in aliquib⁹ eccleſiis a pronis ipſaꝝ p eccleſia ſua dr hic ꝙ ſi pſonas idoneas ad illas eccleſias vacantes preſentauerit quod m..tende ſunt. Idem.

C Onſultationibus. Aliquis credebatur pro

nus alicuius eccẽ pſentauit aliquem ordina rio ad illam eccãm vacantem ⁊ ille fuit per ipm inſtitutus: poſtea alius contra aliuȝ evi cit ius patronatus: in iudicio queritur vtrũ ille inſtitutus ꝑpter hoc debeat remoueri. Rñȝ papa ſi tempore preſentationis ſue: il le qui preſentauerit cum ius patronatus ec cleſie poſſidebat ⁊ credebatur patronus nõ dȝ ꝑpter hoc ab ipa eccã remoueri: cuȝ per hoc patrono nullũ preiudicium in poſterum generetur. ſi vero non poſſidebat ius patro natus: ſed tantũ credebatur eſſe patron⁹ cuȝ nõ eſſet ab ipa poteſt eccã remoueri. ¶ No ta ꝙ ex ſola poſſeſſione cũ bona fide ius ac qritur. Itẽ ꝙ dominus nõ eſt aliȷ dominium non ↄcedit. Item ex ſola opinione non acq ritur ius. Idem.

Suggeſtum. Qui dã pro nus quarundam eccaꝝ de aſſenſu eboraceñ. archiepi: eccleſias illas cõceſſit ec cleſie beati petri eboraceñ. vt illas haberent in prebendam canonici de nouo conceſſiõeȝ illã annullare intendũt ex eo ꝙ dant conceſ ſionem illaꝝ eccleſiaꝝ prius ſibi factam. qri tur que ↄceſſio valere debet. Reſpondȝ pa pa ꝙ lȝ in donationib⁹ eccaꝝ requirendus ſit ⁊ expectandus patronoꝝ aſſenſus: tamẽ niſi auctoritas pontificalis interuenerit ↄce di non poſſunt: ⁊ ideo prima conceſſio ſi cũ aſſenſu patroni ⁊ auctoritate dioceſani fcã ẽ aut etiam poſtea eius aſſenſus fuerit ſubſe cutus: poſteriori cõceſſioni prefertur: alioqn illa debet valere: que de auctoritate dioce ſani fcã ẽ: ꝗuis poſterius fcã dicatur. No. ꝙ patro nus ſine auctoritate epi ius quod habet in eccleſia conferre non poteſt. Item conceſſio que non tenet non impedit ſecũdaȝ Idem.

Relatum ẽ. Quidã clerici occaſione cõceſſiõis ſibi fcẽ p laicos nõ reqſita epi auctori tate in ipis eccleſiis beneficia ſibi vendicarꝭ pſumũt. quia huius pſone non intrant p hoſtiũ: ſed aliũde aſcendũt: ac p hoc ſe reddũt indignos. mandat pa. p̄latis ipoꝝ. quatenuſ ſi moniti p̄dicta nõ reſignauerint ab officio ⁊ beneficio remoueantur: niſi fuerint cõceſſi one muniti.

Ad hoc. Quidaȝ laici ſpoliant eccleſias poſſeſſionib⁹ ſuis: ut ſic viros eccã ſticos faciant litigare coram iudice ſeculari vnde mandat papa prelatis p̄dictiſ. qua. id publice ſub in terminatiõe anathematis de beant inhiberꝭ ⁊ ſi ↄtra hoc fecerint excõicen tur. ¶ No. ꝙ laici eccãs ↄcedẽda non poſſũt. Itẽ ꝙ nõ intrat p hoſtiũ pſumit ↄtra ipm. Itẽ ꝓhitus ſub intermiatõe excõmunicatio nis ſi ↄtrafaciat nõ ẽ excõicatus ſed excõmu nicãdus. Idem.

Eam te. Si de iurꝭ p̄ronat⁹ alic⁹ eccẽ ↄtrouerſia fue rit inter aliquos. ⁊ infra ſex mẽſes nõ fuerit termiata poſtꝗ̃ vacauerit: ⁊ tũc li citũ ſit ſupiori eam de pſona idonea ordiarꝭ Lucius. iij.

Preterea. P̄roni eccaꝝ ius pa tronat⁹ titulo donatiõis vel ẽptionis ⁊ aliȷs ↄtractibus ꝑ arbi trio ſuo in alios trãſferre pſumũt ⁊ alias ex actões ab eis exigũt tanꝗ̃ a ꝑpriis ruſticis vnde ſtatuit ↄciliũ ꝙ ab hiȷs grauamib⁹ ceſ ſarꝭ debeãt: ⁊ nihil aliud exigat p̄ter ãtiquoſ rddit⁹ ab ipis iſtitutis ⁊ ſi aliud egerit excõ municẽtur ⁊ ↄtractus hui⁹ ſi quos fecerit ſta tuit ↄciliũ nõ tenerꝭ. No. ꝙ p̄roni ecaꝝ id ab eccã debẽt hrẽ: ꝙ a canonib⁹ rpitꝭ ↄceſſum. Itẽ excõicari dȝ ↄtrafaciẽs ius p̄ronat⁹ vẽ di vel dari nõ põt. Idem.

Cum aũt. P̄ronus ad va catẽ eccaȝ clicũ idoneuȝ pñtauit epo ⁊ eo nõ reprobato p⁹ modũ aliũ pñtauit idoneũ. qritꝭ qs pferre d beat. Rñȝ pa. iudicio epi ẽ reliquẽdũ ⁊ hoc verꝭ ẽ ſi laic⁹ fuerit pñtator ſȝ ſi collegiũ vel eccãſtica pſona pñtare habuerit ꝙ prior eſt tpe potior ẽ in iure. No. ꝙ laic⁹ variare põt in pſentando anteꝗ̃ preſentat⁹ ſit admiſſus collegiũ vel eccãſtica pſona nõ põt variare. Itẽ ꝙ prior ẽ tpe potior ẽ in iure. Cle. iij.

NObis Queſitum fuit a papa. vtꝝ aliqs effi
ciatur patronus ex ſola ↄſtructiõe
Jtem queritur vtꝝ patronus ſit ad electõez
plebani cum clericis admittendus vel repel
lendus q̃uis allegauerit ſe ex longa cõſuetu
dine intereſſe debere taliter. Rñd; papa ꝙ
ſi aliquis de aſſenſu epi eccãm ↄſtruxerit de
hoc ius patronatus acqrit. Ad ſecundã qõ
nem. Rñ; ꝙ in eccã ↄuentuali cõſenſus p̃ro
ni ad electionem faciendam non eſt requirẽ
dus: ſed elcõi iam facte eius debet requiri cõ
ſenſus niſi aliter de ſua iuriſdictione obtine
at ſed in capella vbi vnuſ preſbyter eligitur
p̃ronus ipſum epo preſentare poteſt ⁊ debet
de iure. Jtem patronus honor ꝓceſſianis ꝑ
natur ⁊ ſi ad inopiam vergat ab eccleſia illi
reſeruata ſm facultates ipius ſuccurrit ſicut
eſt in canonibus ↄſtitutũ. ¶ Nota ꝙ ſola cõ
ſtructione acquiritur ius patronatus. Jtem
in collegiata eccã ius elcõ e non cadit in lai
cum patronum ſecus in capella vbi vnus tã
tum eligitur. Jtem patrono ſi ad inopiam ṽ
gat eccleſia illi ſuccurrit. Jnno. iii.

PEr noſtras Cle
ricꝰ h;
ius patronatus in aliqua eccã. qri
tur vtrum poſſit ad ea; vacantem p̃ntatũ ſe
ipm ⁊ reſpõdetur ꝙ non. q̃tumcunq; ſit ido
neus: quia nullus ſeipſum eligere debet.

Jdem.

CUm dilectus
Eps hoſtieñ. apoſtolice ſedis lega
tus mandauit archid. camoteñ: ut eccãm q̃
primo vacaret in archidiaconatu ſuo dona
tioni ſue ſeruaret. ꝓhibendo eidem. de qua
vv. clerico ſuo ꝓuidere volebat: tandem va
cauit eccleſia de berouilla archidiaco. ↄtra
mandatum legati. S. ſubdia. preſentauit ad
ipam dioce. epo: qui non fuit admiſſus lega
tus hoc audiens caſſauit: quia archidia. fe-
cerat: ⁊ eccãm illam. vv. p̃fato ↄceſſit ſic va
cantem poſt hoc vacauit quedam prebẽda
in eccleſia ſancti martini camoteñ. que aſſig
nari debebat. de iure. h. clerico dioce. epus
ↄſiderans ꝙ prebenda ſancti martini magis
cõgruebat vv. prelato q̃ eccleſia de berouil
la. h. clerico prebendam ſancti martini aſſig
nauit. vv. clerico legati ⁊ eccãm de berouil-
la poſt reſignationem archid. predicto. h. cle
rico conceſſit. vnde orta fuit cõtrouerſia iter
h. clericum ⁊. g. clericum ⁊ ſubdiaconu;. cui
ſubdiaconus eccleſie de berouilla contuleãt
vnde dictus. h. ⁊ prefatus. g. ſubdiaconus
ad curiam acceſſerunt diu ſuper ipa eccleſia
litigando. dominus papa auditis hinc inde
ꝓpoſitis conſiderans ꝙ ⁊ ſi archidiaconus
carnoteñ. ꝑdictus prefatum. g. ſubdiaconu;
tanq̃ laicus preſentauit ⁊ ipe non fuit per di
oceſanum admiſſus. Sed dictus. h. ab ar-
chidiacono p̃ntatus ⁊ ab epo inſtitutus ſm
decretalem alex. non primus ſed ſecundus
debet eccleſiam obtinere. ſi vero archidiaco
nus prefatum. g. ſubdiaconum tanquam cle
ricus preſentauit: in eo ꝙ tanquam clericus
faciebat ſuberat iuriſditioni legati. vnde ↄ
tra prohibitionem legati qui donationi ſue
collationem ipſius eccleſie decreuerat reſer
uandam. ad eam non potuit alium poſtea p̃
ſentare: vnde papa preſentationem ipſius. g
minus canonice factam decreuit: ⁊ ea nõ ob
ſtante ꝓnunciauit conceſſionem ipſius eccle
h. clerico facta; canonicã extitiſſe. adiudicã
do eidem eccleſiam ipam cum fructibus me
dio tempore ꝑceptiã aduerſario ꝑpetuu; ſi
lentium imponendo. ¶ Nota ꝙ legatus po
teſt ſibi reſeruari collationem vacaturi bene
ficii. Jtem laicus patronus ſiue clericus pa
tronus rõne patrimonii: q̃tum ad preſentõe;
non ſubeſt legato. vnde eo inuito eccleſiam
concedere non poteſt quod eſt valde notan
dum. Jtem clericus patronus rõne patrimo
nii variare poteſt: quia in hoc nõ reputatur
clericus ſed laicus. Jtem preſentatus quouſ
q; nõ fuerit inſtitutꝰ non deb; habere plenũ
ius. ¶ Jtem qui canonice non habet eccã;
fructus quos medio tempore percepit reſti
tuere debet. Jdem.

PAſtoralis Aliquis
eſt p̃ſenta
tus epo a p̃rno laico ad aliqua;

eccleſiā vacātem: Sed eps ipſū non admiſit q̄ritur vtrū ex tali preſentatōe illi ius ſit queſitū in illa eccā: ⁊ ſi ille appellauerit ne alius inſtituat: ⁊ poſt appellatōem patronus aliū preſentauerit: ⁊ eps ſecūdū preſentatū inſtituerit: q̄ritur vtrū ille ab eccā remoueri poſſit. Inno. uero volēs inherere veſtigijs alex. qui diſtinguēs iter preſentatos a laico ⁊ clerico patronis poſſidētis cōditionē cēſuit meliorē. reſpōdet pa. ꝙ inſtitutio ſecūdo loco p̄ſentati a laico patrono robur obtinet firmitatis. Sʒ qꝛ eps idoneū clericū ſibi p̄ntatū malicioſe: ſtatuit ut ad puidēdū eidē in cōpetenti beneficio cōpellat quatenus puniatur i quo peccauit. Nota ꝙ laicus pron⁹ pōt variare ante inſtitutiōem. Itē inter p̄ntatos a laico melior ē ɔditio poſſidētis. Itē aliquis punitur in quo peccauit ⁊ merito qꝛ iniuriā fecit priori preſentato.

P Oſtulaſti Primo format tal qō vtrum ſacerdos prochialis eccē poſſit aliquē preſentare ad ordinē ad titulū eccleſie ſue irrequiſito patrono: ⁊ ſi poſſit intitulari irrequiſito patrono quo minus poſſit p̄ntare quē voluerit cū eccā vacauerit illo intitulato excluſo. Ad primā qōem nō vr̄ papa reſpondere: ſʒ ad ſecūdā reſpōdet ꝙ p talē intitulatiōem nullū preiudiciū generat patronis in poſterū qui poſſint ad illas eccleſias cū vacauerit quos voluerit p̄ntare niſi illi de aſſenſu patronoꝝ intitulati fuiſſent. Nota ꝙ p factū prelati non preiudicat prono in p̄ntatione futura niſi pronus cōſentiat facto rectoris

T ranſmiſſe Capitulū eboracen̄. eccleſie eccleſiā quādā in qua ius obtinet patronatus ɔceſſit. r. clerico eccliam de gameſforde vacātē poſtmodū. l. clericū p̄ſentauerūt archiepō ad eādē eccām poſt appellationē a dicto. r. ad ſe. apo. interpoſitā. q̄ſiuit archieps vtꝝ clericū illū ſibi preſentatū deberet inſtituere nō obſtāte appellatiōe predicti. R. n̄it pa. ꝙ illū preſentatū inſtituere poterit in eccā illa ad quā extitit preſentat⁹ tanꝗ̄ potiores dūmodo aliquod aliud canonicū nō obſiſtat cū ex vi iuris patronatus ſola preſentatio ptineat ad pronū: ⁊ nō conceſſio eccleſie. Nota ꝙ aliud ē cōcedere eccām ⁊ aliud preſentare ille dicit ɔcedere eccām ad quē ordinatio ipſius eccē ⁊ collatio ptiet hoc nō pōt facere patronus.

De cenſibus exactiōibus ⁊ pcuratiōib⁹. Rubrica.

S Ancitum eſt Statutū fuit in ɔci. gramatien̄. vt vnicuiqꝫ eccē mãſus iteger tribuat abſqꝫ vllo ſeruitio ⁊ preſbyteri in eis cōſtituti nullū ſeruiciū faciāt neqꝫ de decimis nec de oblationibus fideliū nec de domib⁹ nec de areis vel ortis iuxta eccleſiā poſitis nec de māſo p̄dicto preter eccleſiaſticū. ſi aūt amplius habuerint ſeniorib⁹ ſuis debitū ſeruiciū ipendāt.

Capitulū ſequens ſatis patet.

S Cientes Quidā abbas ɔqueſt⁹ ē do. pa. ꝙ eps maſſe. nouas ɔſuetudies ſiue pēſiōes mōaſterio ſuo volebat iponere: vnde mādat cuidā cātori qua. ſup hoc veritatē inquirat: ⁊ ſi ab iitio hec ipoſita nō fuerit decetero nouiter iponi nō pmittat. Nota ꝙ nouus cēſus ſiue ɔſuetudies eccleſiis iponi nō debēt.

L Icet multū Quidā cec⁹ cōqueſtus ē do. pa. ꝙ ipſe cōpellebat ad ſoluēdas collectas pariter cū alijs nō hito reſpectu ad cecitatē ſuā. mādat papa epō loci ꝙ hoc fieri nō pmittat: qꝛ iiquū ē cū q taliter afflictus ē in collecta affligere cū debeat poti⁹ ex collecta ſi eſſet neceſſitas ſubueniri. No. ꝙ hmōi miſerabiles pſone ab eccā debēt defendi. Itē nō ē addēda afflictis afflictio.

P Eruenit Abbas fraxinoren̄. depdatus fuit eccām carpēſeʒ occaſiōe cuiuſdā cēſ⁹ quē petebat abbas ab eccā carpen̄. ſʒ archipbr̄ carpen̄. dicebat ꝙ ipe ignorabat cām quare cēſū nullū ſoluere deberet.

ꝗſiuit a pa. qd iuriſ eēt. rñt pa. comitiſſe matelde ꝙ cenſus cᵒ cā ignorāt nec diuinis nec hūanis legibꝰ inuenīt ꝙ ſolui dēat: ⁊ ſic abbas cām hꝰ cenſus oñdere tenet. Nota q petit aliqd ſibi deberi vel fieri cām ſue petitionis aſſignare tenetur.

CUm apoſtolus Q2 prelati tā cardiales ꝙ archiepi ⁊ alij iſeriores cū eccās viſitabāt grauabāt eas i ꝑcuratiōibus exigēdis: vt qñ3 ornaméta eccāſtica ſubditi vēdere vel obligare ꝯpellāt ⁊ breuis hora hoc a longi tpis victū ꝯſumat: ſtatuit cōciliū later. ꝙ plati ꝑdicti ſm facultates eccāꝝ recipiāt ꝑcuratiōes ſtatuēdo certū numeꝝ cuilib3 ꝑdictoꝝ tā ꝑſonaꝝ ꝙ equoꝝ qbus ꝯtēti exiſtāt recipiēteſ cū grāꝝ actiōe ꝙ illis fuerit iſtitutū ab illicitis abſtinēdo: querētes nō q̄ ſua ſūt ſ3 q̄ ieſu xpi qrere videātur. ꝓhibet inſup ne ſubditoſ indebitis exactōibꝰ aggrauare ꝑſumāt: tñ ſi qñ3 neceſſitas ſupueñit vt ſi māifeſta ⁊ rōnabilis cā extiterit: moderatū auxilium ab eis poterūt poſtulare: cū dicat apoſtolus nō debēt filij theſaurizare parētibus ſ3 ꝯuerſo. Jn fi. dicit ꝙ dictū ē de ꝑdicto numero pſonaꝝ ⁊ euectōis ſm tollerātiā dictū ē i illis locis in qbus āpliores ſūt redditꝰ i paupibus locis illā teneāt mēſurā vt mīores nō dēant aggrauarī: ⁊ illi q paucioribꝰ eqs vti ſolebāt nō credāt ꝑdictā idulgētiā ſibi eē ꝯceſſa3.

¶ Nota ꝑcuratiōes ꝯcedēdas ſ3 facultateſ eccarū.

Prohibemus. Precipit ꝯci. later. ꝙ archiepi epi abbates ⁊ alij prelati nouū cēſū iponāt eccl'ijs: nec ueteres augeāt nec ptē ꝓuētuū eccāꝝ ſuis vſibꝰ appropriarī preſumāt ſ3 libertatē iſerioribꝰ ꝯſeruēt: qua3 ſibi volūt a ſuis ſupioribꝰ ꝯſeruari: q ꝯtra fecerit irritū hēatur qđ fecerit. No. ꝙ noui cēſus nō debēt iponi nec veteres augeri. Jte3 ꝙ tibi vis fieri alteri facere debes: ⁊ ꝙ tibi non vis fieri alteri ne facias.

Preterea Quida3 rectores eccārū p colluſionē quandā facta3 cū religioſis: q habēt i illis eccleſijs ius patronatuſ ſolu⁊ eiſdē eccleſiis annuā pēſiōes: ⁊ illi ea3 recipiunt epo ignorante. qrit an ſucceſſores pēſionē iſta3 ſoluere teneant. Reſpōdet ꝙ mōaci non ſunt audiēdi in receptiōe pēſionis ſi auctoritaſ epi uel eius officiaſ q auctoritatē preſtare poſſit nō īteruenit ſup hoc. ⁊ q2 ſimplices ſacerdotes vel clerici ñ poſſūt eccleſias qbus ꝑſunt ꝯſtituere cēſuales: ꝑſerti poſt iporū deceſſu3. No. ꝙ ꝑlatus vltra tps ſuū auctoritate propria non poteſt ꝯſtituere ecclia3 cenſualem uel pēſionariam. Jdē.

ECcleſiis Qñq3 laici tenēt ecclias epi liberant eas de manibꝰ laicoꝝ. qrit vtꝝ plꝰ iuris dēant i iſtis eccleſijs ꝙ i aliis. rñt pa. ꝙ nulla3 exactionē iponere eis poſſūt nec debent ꝑter cathedraticu3 ⁊ oia alia iura q̄ aliis eccleſiis iponūtur. Nota ꝙ ius ꝙ hñt epi in antiqs eccleſiis idē ⁊ nō plus debebūt hre i nouis ſiue i illis q̄ liberant de manibus laicorum. Jte3 non dñt diuerſo iure cenſeri. Jdē

INnouamus Noua pedagia ſint auctoritate regū vel pricipū ꝯſtituī nō debēt: q ꝯtra fecerit cōione careat chriſtiana.

CUm clerici. Quidā clerici cū qbuſdā religioſis ſine auctoritate epi faciūt colluſionē ꝯſtituēdo eis cēſuales eccās quas tenent. vt poſt eoꝝ deceſſū ad ꝑntationē religioſoꝝ ad eaſdē eccās filij vel nepotes clericoꝝ iporū repñtentur: precipit pa. vt q inuēti fuerit facere talia: eccleſijs ipis appellatōe poſtpoſita ſpoliētur. No. ꝙ clerici eccleſias quas tenēt nequeāt ꝯſtituere cēſuales ⁊ ſpoliādi ſunt ipſis eccleſijs q hoc faciūt. Jdem.

EA que Quidā archidiaconi faciebāt collectā denarioꝝ hti pe. p archidiacōatus ſuos: ⁊ ſub tali occaſiōe eccās ⁊ ꝓchias pluriū aggrauabāt. papa ꝑcipit ꝙ hoc ñ faciāt: ꝙ ſi ſecus preſūpſerint id quod vidētur hēre auferet ab eis. ¶ No. ꝙ ꝑtextu officij ſibi cōmiſſi nō d3 quis illicitas exactiones preſumere: quod q fecerit officio illo priuari debet. Lucius. iij.

Significatum Monachi de clauſtig.elegerũt qñdã clericũ.t.noĩe ad regimen eccẽ de fultig. ipſũ iuramẽti vīculo ↄſtrigẽtes de ſoluendo eiſdẽ annuati cenſũ triũ marcharũ quas predeceſſor eius ſoluerat.poſtmodũ eps̃ dioceſis eidẽ in piculũ ordinis īterdixit ne cẽſum illũ eis ſolueret niſi prius ↄſtaret ꝙ auctoritate ep̃ali fuiſſet īpoſitus:ſacerdos predict⁹ hoc ſignificauit pape:vnde mãdat cuidam qua.ſi ↄſtiterit prefatũ canonem auctoritate ep̃i ⁊ nõ de nouo fuiſſe īpoſitũ:pcipiat ep̃o vt phibitionẽ ſuã relaxet.ſi vero cenſus de nouo ſit īpoſitus ſiue auctoritate ep̃i factum ſit ſiue nõ cõpellat monachos illos vt clericũ illũ a iuramẽto abſoluãt. ¶ Nota ꝙ nouus cenſus ẽt auctoritate ep̃i īponi nõ põt ⁊ iuramẽtuȝ de tali ſoluẽda ẽ relaxandũ ad cautelam.

Idem.

Sopite Inter archiep̃ȝ rauẽnatẽ ⁊ mõaſteria de boñ. ↄtrouerſia vertebatur ſup pcurationĩbus recipiẽdas cã viſitationis.abbas ſcĩ pculi alioꝝ monaſterioꝝ de bononia p curator ⁊ p monaſterio ſuo ppter ↄtrouerſiam iſtã ad apo.ſe.acceſſit:⁊ ſup cã iſta diutius litigauit.archiep̃s aſſerebat pcurationẽs ipſas in aliis monaſteriis ſue puĩcie ſibi ſine ↄtradictiõe preſtari.⁊ probauit p teſtes procurationẽs exhibitas fuiſſe predeceſſorib⁹ ſuis in monaſteriis boñ.papa vidẽs intẽtionẽ archiepiſcopi iure cõi fundatã:⁊ anteceſſoꝝ ↄſuetudĩe adiuuari:condẽnauit monaſteria ad preſtandum pcuratõem dicto archiepiſcopo ⁊ ſuceſſoribus ſuis ſm̃ facultates eorũ ¶ Nota ꝙ archiep̃s cũ viſitat puĩciã ſuã pcurationes de iure cõi recipere põt.

Clemens tertius.

Grauis Quidã eccleſiaſtici ſeu religioſi habẽtes preſentationẽ in eccleſiis nolũt ad eas vacantes aliquoſ preſentare niſi aut nouũ cenſum eis īponãt:aut veterẽ pẽſioneȝ augmentent contra conciliũ lateranñ.⁊ ad ſolutiõem ipſius inſtituẽdos.preſbyteros iuratoria vel fideiuſſoria cautiõe cõpellãt. puẽit hoc ad notiam do.pa.vnde mãdat quibuſdã quatenus quicquid cõſtiterit ↄtra ↄſtitutiõem cõcilij ſuper hmõi a tẽpore prolati cõcilij attẽptatum in irritũ debeant reuocare:ſed preſbyteros qui ſuper his iuramenta illicita preſtiterunt faciãt abſolui cõgrua ſatiſfactione impoſita:⁊ qui contra formã canonũ decetero ſuper his venire preſumpſerint canonice puniãtur. ¶ Nota ꝙ cẽſus de nouo nõ debet imponi nec vetus augeri. Item iuramẽta contra formã canonũ preſtita illicita ſunt.

Innocẽtius.iij.

Quanto fũdatoreſ mõnaſterij belle ville ab ipſa fundatione ipſius monaſterii ↄſtituerunt vt fratres illic domino ſeruiẽtes fratribus ſancti yrenei vnã procurationẽ annis ſingulis exhiberẽt:quãuiſ ab eiſ nihil teneãt ſed ab initio ppter paucitatem fratrũ ⁊ ſeruientiũ ſancti yrenei. pcuratio illa fratreſ monaſterii belle uille nõ grauabat poſtmodũ in tantũ creuit numerus eorũdem ꝙ ad procuratõeȝ vix ſufficiũt quatuor marche que p vna fieri cõſueuit: quare mõachi iſti ſuper hoc ſibi puideri poſtulauerunt:papa indulget eis ne vltra primã meſurã ĩ pcuratiõe ſint vlterius predictis fratribus obligati:ſed expenſis que conſueuerint fieri ſint contenti niſi facultates ſui monaſterii in tantũ excreuerint ꝙ ſine grauamĩe poſſint exhibere procurationẽ predictã. ¶ Nota ꝙ augmentatis facultatibus pcuratio ſi expedit põt augmẽtari:⁊ cãonicoꝝ numerus põt augeri:⁊ ſic eſt ar. ꝙ cenſus ex cã põt augmentari.

Idem.

Cum inſtantia Primicerius ⁊ clerus mediolanẽſis p quoſdã nuncios ſuos ↄqueſti ſũt domino pape:quod cũ ipſi legatos ⁊ nũcios apoſtolice deuote recipiãt ⁊ procurẽt.ordinarij maioris eccleſie mediolañ.ipſos pcurar̃ renuunt:⁊ ad faciẽdas expẽſas ſubſidiũ denegant īpartiri:vnde in procurationibus exhibendis plus debito aggrauãtur: quare ſibi

ſuper hoc ꝓuideri poſtulabāt: papa ſic eoꝝ
petitōi reſpondet ꝙ cū oēs eccleſie legatis et
nūcijs eccē romane ꝓcurationes īpendere te
neanť nullā haberi vult ab huiuſmodi ꝓcu
ratioībus excuſatā: niſi forte per ſpāle priui
legium apoſtolice ſedis ſit exempta: quod
tamē papa no credit etiā ſi longiſſimo tēpo
re procurationē nō preſtiterit cū in talib⁹ lo
cū nō hēat preſcriptio: qꝛ et papa circa pro
uiſionē ⁊ ſollicitudinē oīum eccāꝝ nō ceſ
ſat: verūtamē in his exigēdis eū moduꝫ ⁊ or
dinem vult obſeruare vt nullus prelatus vel
eccleſia ſuper hoc rationabiliter cōqueratur
ſi vero de cōmuni collecta expenſas legato
rum ⁊ nūcioꝝ apoſtolice ſedis facere volue
rint: hoc eis papa non prohibet tamen per
hoc nullū vult preiudicium generari nūcijs
⁊ legatis ſuis: quo minus poſſint a quocūqꝫ
voluerint ꝓcurationes debitaſ poſtulare: ita
tamen ꝙ ſi aliquis fuerit in hoc grauatus ſi
bi ab alijs reſtaurareť ⁊ nuncijs apoſtolice
ſedis in neceſſarijs exhibēdis parcat quicū
qꝫ fuerit requiſitus ita ꝙ ī fraudē nihil fiat.
nec compellantur procurationes recipere ꝑ
oēs miſtros ⁊ q contumaciter eis reſtiterit ꝑ
cenſurā ec. ſunt compellendi. ¶ Nota ꝙ cō
tra procuratiōem que debetur nūcijs apoſto
lice ſe. nō currit preſcriptio. Item equaliter
ſunt oēs in hoc onerandi ſꝫm ſuas facultates

Idem.

EX parte Inter archi
epiſcopatū cō
peſtallauū. Quidaꝫ vota beati ia
cobi ꝯtinue ꝑſoluerūt ad cōem menſurā ter
re cum qua emunt ⁊ vendūt ⁊ ꝑſoluunt: qui
dam alij a longis retro temporibus ab eoꝝ
ſolutione ceſſarunt ⁊ de nouo īceperunt ſol
uere vota illa ad quandā menſurā ꝑuiſſimā
⁊ ignotā: ⁊ cum eadē ſoluere nituntť. queſitū
fuit a papa vtrum illi cogendi ſūt ſolueř vo
ta predicta ad cōem menſuram terre ſꝫm qḋ
alij ſoluerunt continue. Reſpōdet pa. ꝙ cuꝫ
nō cōſtet ad quā menſurā anteceſſores eorūꝫ
predicta vota ꝑſoluerint: dicit papa diſtin
guēdū vtrū hitatores regiōis ipſius q vota
illa ꝯtinue ꝑſoluerūt ad vnā ⁊ eadē mēſuraꝫ
ꝑſoluerūt aut ad varias ⁊ diuerſas. ſi ad v
nā menſurā ꝑſoluerūt ⁊ illā ad eadē mēſuraꝫ
ſoluere ſunt cogendi. ſi vero ad diuerſas ſol
uere conſueuerūt ⁊ illi volūt ſoluere ad mio
rem nō ſunt cogēdi ut ad maiorē ꝑſoluāt: qꝛ
cū hmōi vota gratuita fuerūt ab initio beni
gne ſunt ab hmōi viris eccleſiaſticis exigen
da ne uideantur lucris tꝑalibus inhiare.
¶ Not. ꝙ ſucceſſor teneť ad id quod añceſ
ſor facere conſueuit. Itē minor ꝑs teneť face
re qḋ maior facit. Itē in dubijs libeꝝ ē ſeqꝫ
qḋ magis placuerit magnuꝫ vel ꝑuū. Itē q
gratis ſūt oblata benigne ſūt exigēda. Item
clerici tꝑalibus inhiare nō debēt. Idem

CVm olim Inter epm̄
ceſaraguſta
neñ. ⁊ abbatē ſci ioānis placētiū.
fuit oli ꝯtētio ſuꝑ iuribus epalib⁹ duaꝝ ec
cleſiaꝝ de luna ⁊ de bes que erāt ī dioceſ
dicti epi. ꝯpoſitio facta fuit de ꝯtrouerſia il
la inter epm̄ ⁊ abbatē ⁊ poſt cōpoſitōeꝫ illaꝫ
ſecūda ꝯpō interueīt ꝑ quā q̄dā fiebāt dedu
ctiōes de prima ꝯpōe. Itē ordiata fuit ꝯtro
uerſia inter eos ſuꝑ p̄dictis eccleſijs iter epm̄
⁊ abbatē: cā delata fuit ad papā in cui⁹ p̄ñ
tia fuerūt oſtēſe p̄dicte cōpōes verūtamē ab
bas ſcḋaꝫ ꝯpōem noluit ꝯprobare imo eam
ſtuduit multiplr̄ īpugnare. p̄terea abbas oñ
debat iniuriā q̄dā inſtř a p̄deceſſoř. h⁹ epi ꝯ
ceſſa mōaſterio ſuꝑ villa illaꝝ eccārū. papa
auditis ⁊ ītellectis rōib⁹ vtriuſqꝫ partis qa
cōſtitit ſibi ꝙ eccē p̄dicte de luna ⁊ de bes.
erāt ꝯſtituti ī dioc. ipius epi ꝑ inſtřa ꝯpōnū
ī qbus ꝯtineť exp̄ſſe vt abbas p̄dictus dēat
epo rñdere taꝫ de quarta deciaꝝ q̄ꝫ de cete
ris epalib⁹ iurib⁹ ꝯdēnauit abbatē ipm̄ epo
ad integrā ſoloné q̄rte oīum deciaꝝ: ⁊ ad p̄
ſtationē ꝓcurationū ⁊ aliarū iuriū epaliuꝫ ī
predictis eccleſijs nullis factis deductiōib⁹:
ſed diceret aliqs quare papa condemnauit
abbatē ad integrā ſolutionē contra tenorem
ſecunde cōpoſitionis. Rñt pa. quāuis dedu
ctiōes quedā faciēde eſſent ex forma ſecūde
cōpoſitiōis: quia abbas compoſitionem il
lam nullatenus approbauit: ſed eandem ſtu
duit multipliciter īpugnare nō debuit ex ea

beneficiũ cõſequi cui renũciaſſe tacite vide batur.preterea abbas negare nõ poterat illã eccleſiã cõſtitutã eſſe in dioceſ huius epi: cũ ipſe ſuper illa eccã oſtẽdebat i iure inſtrumẽta p̄deceſſoris iſtius epi monaſterio ↄceſſa fuiſſe p que inſtra eps ius epale petebat expreſſe. Nota ꝙ eoipſo ꝙ eccleſia ſita eſt in dioceſi alicui⁹ epi tenet̃ in epiſcopalibus reſpondere. Jtẽ ſup iurib⁹ epalib⁹ põt fieri compoſitio. Jtẽ ex eo ꝙ qs ipugnat non dꝫ aliquis beneficiũ cõſequi cũ ex hoc tacite ei renũciare videatur. Jtẽ tacita renũciatio p̄iudicat. Jtẽ nõ dꝫ quiſ inſtra pducere p que aduerſarius pbet intẽtionẽ ſuam. Jdem

Olim cauſam

Inter epiſcopum ſpoletanum ⁊ clericos plebis rupine qõ vertebat̃ ſup ſinodatico: cã ſup hoc cõmiſſa fuit epo tudertio ⁊ collegiis ſuis corã quibus pponebat̃ ex pte epi ꝙ idẽ clerici p̄deceſſoribus ipſius epi ſoluere conſueuerũt tres papiẽſes i feſto natiuitatis domini ⁊ tres i feſto reſurrectõis p ſynodotico nũc tantũ ſoluũt tres luceñ. p ſigulis denariis papiẽ.cũ tñ denarius papiẽ.valeat ſex luceñ.vnde petebat eos cõpelli ad ſolutionem papieñ.⁊ cũ ipſe primo ãno recepiſſet luceñ ius tñ ſuũ poſtmodũ ſemp fuit pteſtatus ꝙ p hoc nõ fieret ei preiudiciũ quo ad deũ papieñ. Ex aduerſo dicebat ꝙ ⁊ ſi aliqñ denarij papieñ. p ſynodotico fuerit ſoluti iam p xlv.ãnos ⁊ amplius tñ huic epo quẽ predeceſſoribus illiuſ luceñ.fuerãt pſoluti: ⁊ ſic videbãtur ſe preſcriptiõe tueri lit.ↄ.⁊ ſup predicta petitõe recepti fuerũt teſtes ab vtraqꝫ pte: ⁊ poſitiões ⁊ reſpõſiones hic inde facte ⁊ tandẽ iudices cãm remiſerũt ad papã.ipe vero exaiato negocio: qꝛ cõſtitit ſibi quot p̄cipiẽtes olim fuerant pſoluti p ſynodatico: ꝙ ex eo pbat̃ ꝙ lucẽſes ſoluti ſũt poſtmodũ p eiſdẽ ⁊ ex dictis teſtiũ ⁊ ex ↄfeſſiõe aduocati clericoꝝ nõ reuocata euidenter appeat ꝙ tpe lotharij predeceſſores ⁊ huius epi papien.moneta p ſynodatico ſoluta fuit: ⁊ a tẽpore dicti.l.nõ niſi.xxv.annoꝝ ad pluſ tempus effluxerit: pbatũ etiã fui ꝙ tres luceñ.ꝙ p vno papieñ.ſoluebãtur: poſt mortẽ ipſius l.v.uel.vi.valebãt de illis qui mõ ſũt in uſu ⁊ vidẽs ꝙ ppter mutatioñeꝫ monete accide rit vſqꝫ ad tẽpus hui⁹ epi luceñ.dati fuerãt p ſynodatico ſicut erant i vſu: condẽnauit p curatorẽ partis aduerſe nomie clericoꝝ plebis predicte epiſcopo ad ſolutiõem denariorũ papien. p ſynodatico vel eoꝝ eſtimationẽ per diffinitiuã ſniam. ¶ Nota ꝙ pteſtatio non prodeſt niſi proteſtãs venit cõtra ſuã pteſtationẽ vt colligitur hic qꝛ ſi clerici iſti p̄ſcripſiſſent nõ pfuiſſet epo pteſtatio. Jteꝫ cõfeſſio adiudicati preiudicat niſi fuerit reuocata. Jtẽ pars pẽſionis uel alicuius alterius preſtationis põt preſcribi. Jtẽ p parteꝫ non retinet̃ totũ. Jtẽ ſolutio pẽſionis vel cenſus fieri debet ad illã monetã que ab initio fuit cõſtituta ſi eſt in vſu vel ad eius extimatiõnẽ ⁊ ita pricipiũ ↄſiderandum eſt.

Ideꝫ

Cum uenerabilis.

